DE

CODICIBVS CVIACIANIS

QVIBVS

IN EDENDO CLAVDIANO CLAVERIVS VSVS EST.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM MARPVRGENSIVM ORDINE RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

JULIUS KOCH.

MARPURGI CATTORUM.
TYPIS FRIEDERICI TYPOGRAPHI ACADEMICI.
MDCCCLXXXIX.

THEODORO BIRT

CARITATIS ERGO.

Cum iam auctore Theodoro Birt, v. c., cuius de Claudiano poeta merita notiora sunt quam ut meas hoc loco desiderent laudes, aliquantulum in eo poeta versari coepissem, summa amplissimi praeceptoris mei in me benevolentia factum est, ut ad conferendum Mediolanensem Claudiani codicem, qui inest in bibliotheca Ambrosiana sub signo M 9 sup., initio anni proximi designarer. quo confecto mandato maiore cum diligentia Claudiani studiis me dedidisse consentaneum est. quibus inserviens cum Claverii poetae nostri editionem pertractarem, miram quandam inter illam eumque quem dixi codicem Mediolanensem intercedere relationem animo occurrit. hanc in rem accuratius inquirenti novi aliquid Claudiani amatoribus offerre posse mihi visus sum itaque opusculum hoc scribere suscepi. sed priusquam ad rem adeam, hoc loco summam me gratiam referre oportet Theodoro Birt, qui etiam excerpta aliqua ad Claverium Cuiaciumque spectantia quae in scriniis habebat liberalissime mihi utenda concesserit.

In edendis igitur Claudii Claudiani operibus etiam nostra aetate alicuius momenti est editio a Stephano Claverio[1]) anno 1602 confecta, quippe qui praeter omnes fere quae tunc erant editiones poetae duo codices Jacobi Cuiacii adhibuerit. qui cum a non paucis gravissimi fontes habiti sint criticosque apparatus editorum adhuc occupent, accuratiore tractatu digni esse mihi videntur.

Ac primum quidem videamus, quae dicat Claverius ipse de adiumentis suis. primo nullis se indulsisse coniecturis fatetur (verba eius: *nec ulla freti coniectura*), adhibuit autem ut supra diximus editiones poetae quae tunc erant fere omnes (*omnes etiam editiones delibavimus*) et in prolegomenis cum laude editores prosequitur Camertem, item Ja. Parrhasium (*qui plurima contulit*) et Delrium, quem manuscriptis Antverpiensibus usum esse ait verbis: *neque Th. Pulmanni manuscripta ei, ut credo, fuere ignara*; B. Celsani nomen praetereundo tangit (*ut B. C. omittam*). praeter editiones graviorem fontem Claverius

1) Gallico nomine Etienne de Claviere, alibi etiam Stephanus Claviger se nuncupans.

habuit illos duos codices, de quibus in prolegomenis breviter haec: *duo fuisse Claudiani exemplaria antiqua manu exarata quae ei se obtulissent apud Jacobum Cuiacium.* his igitur Cuiacianis duobus usus est editor (*eius benignitate vel opera contextum nostri auctoris in mundum redegimus*). mortuus vero est Cuiacius anno 1590 d. 4 m. Octobris vel duodecim annis ante editionem Claverii; quod sane memorabile est; si enim editor codices illos non nisi ‚apud Cuiacium' ipsum inspexit, ad contextus redactionem eos ipsos vix adhibuisse videbitur, sed tantum ea, quae ex iis ante annum 1590 excerpserat.

Praeterea autem tertius quoque fons eidem Cuiacio debebatur; hic enim in ora editionis Gryphianae (ea est quae primum prodiit 1535 Lugd.) *varias lectiones aliunde expresserat*; hoc exemplari Claverius primum quidem non usus est nisi *per triduum*, nam reposcerat Cuiacius; postea vero (*ante lustrum aut plus eo*, hoc est anno 1598 vel paullo ante) id exemplar rursus invenit *in museo V. C. H. Picaultii splendide emeriti* et marginalia illa Cuiacii plene adhibuit (*plaeraque praeterita collegi*). et haec quidem Claverii auxilia fuerunt omnia. nam *P. Gnosii iudicis optimi schedia* etsi *ut placitum* inspexerat, tamen in usum suum non vertit (*e quibus auctuarium satis amplum repraesentare potui ni temperies obstitisset*).

Iam vero quo modo quoque iudicio opes Cuiacianas administraverit Claverius, ex adnotationibus eruere conemur. qua in re quae ibi de editionibus interposuit, securus omitto (velut quod in ‚Nuptiis Honorii' 169 ad *Doto* lectionem notatur: *quod firmat Colinaeus*; scilicet *Doto* legitur in editione Parisina apud Colinaeum anni 1530). Gnosium autem illum ‚inter tribunalis Gallici iudices virum litteratissimum'[1]) non induci nisi ter comperi: in indice[2]) quem addit editor pag. 272v. legitur: *erant praeterea in vet. codice et schedis Gnosianis multa et varia opuscula neque bella satis neque genuina meo iudicio*'; ad ‚Epithalamium' initio *Celerina*] *in schedis P. Gnosii viri doctissimi videtur scriptum fuisse Caesina aut quid simile, alias celebrata aut Serena inepte*; ad Ruf. II 406 *libraverit*] *ita vet. liber quod schedae P. Gnosii viri eximii et Mirandulae excerpta praeferunt.* haec Mirandulae excerpta iterum comparent ad Rapt. Pros. II 306: *Sit factum*] *ita vet. liber et Mirandulae excerpta*; quae quaenam sint quisque hic fuerit Mirandularum adhuc parum scio.

Superest de codicibus duobus Cuiacii deque eius marginalibus observatio.

1) cf. Burmanni praef. p. VI. — Gnosius autem alius dictus Dominicus inter doctos illius aevi reperitur, qui anno 1610 ediderit ‚Hermetis tractatum chemicum'.

2) De hoc indice sub finem accuratius actum est.

Caput I.

De codicum lectionibus quas Claverius ad Raptum, ad panegyricum Olybrii et Probini et ad minora nonnulla carmina protulit.

Et primum in manuscriptos codices inquiramus. de quibus neglegentia illis temporibus sollemni agit adnotator, cum neque ubique aequabili cum cura lectionum discrepantias ostendat[1]) neque certis notis vel propriis vocabulis alterum codicem ab altero satis distinguat. noverat tamen ipse Claverius alterum librum altero multo esse meliorem; nam haud raro unum quasi *optimum* advocat, frequenter in uno vetere advocando se continet, quem meliorem eum putasse facile conicias. quam rem accuratius disputemus omnia cum pulvisculo exhaurientes. hoc autem teneas, ubi *codices* memorantur, etiam de editionum exemplaribus cogitari licere, ubi *veteres codices*, vix nisi de manuscriptis. praemittendum est — id quod satis constat — Claudiani carmina per quatuor partes separatas distributa nobis tradita esse: aliis enim manuscriptis Raptus Proserpinae, aliis Panegyricus in Olybrium et Probinum, aliis reliqua carmina maiora publici argumenti legi solent. accedunt praeterea nonnulla parvula poematia rarissima quaeque aut in nullo codice omnino servata sunt aut in paucissimis ad carmina Claudiani quasi adspersa cernuntur.

Habes igitur primo loco ea, quae ad Raptum Proserpinae Claverius de codicibus quibus usus est adnotat.

Duos manuscriptos ille indicare non videtur nisi locis his:

Praef. ad lib. I praef. 12: Aegeas] ita vet. duo codices.

I 95: Claverius in Miscell. cap. IX adnotat: forte ego libris excusis nimium indulsi, alter vetus Codex J. Cuiacii ita praeferebat:

Sic nobis noxia vires
Cum caelo Fortuna tulit? num robur et arma
Perdidimus, si rapta dies? an forte iacentes
Ignavosque putas, quod non Cyclopea tela
Stringimus, aut vano tonitru deducimus auras?

255: Suptercelantia] recepta lectio uno vet. codice subnixa, sed alter habuit: Jamiam curvantia.

274: Tinxerit] sic optimus codex, alius ‚texuit' inepte.

II 84: Optati]. ita vet. liber, cum in altero legatur ‚optato'.

364: Cum voce] haec vetus lectio, at in altero codice legi ‚proferre'.

---

1) Et hac de re excusationem scripsit ad Ruf. I 16 (pg. 44r): *Si vero minus exacte arias lectiones hic dinumero, fide tamen eas quae pluris sunt, te habiturum* (scilicet in ›xtu), *ac nativa omnia in textu tibi obversari, reliqua fere tibi Index sufficiet.*

II 358: Impexos] haec sane vet. scriptura, quam reicere non potui.
III 105: In adnot. suis Claverius: Et me] sic in vet. libro.
In Miscell. cap. XV: vetus codex habuit: Si tu nota Ceres, non sancta.
140: Absconderit] sic in vet. libro .... ‚ascenderit' quod est in altero.
214: Amendaverit] sic in vet. codice, sed non melioris notae, nam in altero ‚absentaverit'.
347: Zancli] sic in manuscripto et excusis, in altero ‚Coei' non male.

Tam raro hoc in carmine duos indicat codices editor. neque enim ullo modo credere possum, cum abbreviationibus qualibus *contra v. c.* aut *vet. cod.* similibus utatur Claverius, id ad numerum pluralem spectare. nam si duobus illis quos supra diximus manuscriptis Cuiacianis lectionem suam fulcire vult, de *duobus veteribus codicibus* loquitur.

Incertos autem fortasse habeas locos hos:

I 122: Aetneae] sic omnino legendum ex veterum auctoritate et scriptura. (veterum sc. manuscriptorum? mea quidem sententia editorum vel editionum.)
156: Detrectat] haec veritas manuscr.

Sequitur ut catalogum faciam locorum in quibus plane unum tantummodo codicem Claverius excitat:

I 3: Prodere] sic in v. cod.
4: Congesta] hanc lectionem vetus exemplar.
16: Lenis] ita vet. c.
19: Firmat] .... at Statius: Firmat ... unde vetus lectio etiam firmatur.
27: Ferox] alii contra vet. scripturam ‚fero'.
27: Flexit] hoc non improbo at vetus liber ‚ulsit'.
35: Mariti] aliter habuit vetus liber nempe ‚nudasque marite'.
62: Ortus] vetus lectio, non ‚artus'.
90: Fas] sic in v. cod. alias ‚ius'.
116: Fulgidus] sic v. liber, non ‚lucidus'.
119: Diverso] in diversum ita vetus liber.
140: Sicula] vet. codex ita praefert.
148: Despicit] ibi ‚respuit' illic ‚respicit' sed male reperias idque contra v. c.
150: Dedignata teneri] utraque dictio variat in antiquo libro.
185: Spiris] ita v. liber.
188: Condunt] sic v. liber.
214: Nudat] sic in vet. codice.
225: Inaccessum] recepta lectio et quem vet. liber adgnoscit.
237: Firmata] multo plenior ac verior haec est lectio vetus.
241: Flumine] sic v. cod.

242: Fornace] ita v. liber.
252: Legit flamma] sic v. liber.
264: Contristat] vetus lectio.
265: Sacraria] in ora libri veteris ‚Penetralia'.
Ergo in textu vetus ille liber *sacraria* ostendebat.
277: Superas] haec vetus lectio.
Praef. lib. II 7: Eduri] sic v. liber, alias ‚et duri'.
12: Gramine] vetus haec est lectio.
18: Adfectis] eleganter ex v. cod., non ‚adstrictis'.
37: Solvis] ita v. codex.
52: Placito] liber antiquus ita exhibet.
II 11: Callida voti] sic v. liber.
24: Gyro] sic v. liber.
26: Inumbrat] sic v. cod.
57: Crimnise] sic v. liber.
62: Ademptis] vetus lectio.
88: Madidantes] haec est vetus lectio.
97: Volucer] veterem hanc lectionem reiectam indigne tuli.
135: Retusa] sic in vetere codice.
226: Praetentus] sic in v. libro.
229: Fulminis] haec est vetus lectio.
230: Generum] id malui ex v. codice.
238: Cupidas] vet. lectio.
253: Nihilumne] sic v. liber.
295: Salis aequora] sic habet v. codex.
306: Sit factum] ita vet. liber.
322: Doloris] ita vet. codex, forte pro ‚Dolores'.
363: Omina] sic v. liber.
III 3: Inlapsa] sic in vet. codice.
16: Unde] sic vet. codex.
29: Oblimat] sic optime in v. codice.
129: Mirantia] vetus lectio non reproba.
177: Pulvere cano] sic in vet. cod.
195: hic versus aberat a vetere codice.
233: Albet] sic vet. liber.
234: Sol altior adstitit] sic in optimo exemplari.
237: Aestus] in vet. libro ‚mortifer estus'.
243: Nulla] sic in v. codice eleganter.
248: Scitamur] sic optim. liber.

III 262: Multum ad] sic v. liber.
267: Iamiamque hausura] recte et eleganter ex vetere codice.
297: Deiectaque] ita vet. liber.
312: hunc versum non habuit vet. liber.
320: Vallata] sic in opt. codice.
332: Acin] ... in vetustiss. codice vix est ut aliter legas quam ‚flavum Acin'.
346: Fronde] ita vet. cod.
347: Mimantis] sic in v. cod.
403: Iuvencas] ita v. codex.
432: Quacunque] Sic manuscriptus: Omnibus admugit quaecunque it in aera Sylvis .... quibus fulcitur vetus lectio.

In fine Raptus adnotat editor: *Quartus liber desideratur in vet. codice, quod etiam monuit Parrhasius et Colinaei editio.*

Ex his quae attulimus, primum quidem apparere videtur duos illos codices, quorum in praefatione Claverius mentionem facit, etiam carmen De Raptu Proserpinae cum carminibus politicis coniunctum continuisse, id quod non ita saepe fieri solet. utrum iure hoc concludatur necne, in posteriore parte dissertationis huius tractandum mihi est. deinde non te fugere potest mirum in modum inter se notas codicum discrepare; quare fieri non posse videtur, ut alteram lectionem alteri codici attribuam eosque accurate discernam. sed id in hoc carmine non nimis aegre fero; paucae enim tantum inter illas scripturae maioris momenti videantur[1]). hoc autem omittere nolo: nonnullis enim locis unius codicis ita mentio fit, ut in Claverii dum scribit manibus non fuisse videatur. nam cum dicat: *hic versus aberat a vet. codice* aut *hunc versum non habuit vetus codex* haud sciam an conicias Claverium in eo scribendo manuscriptum iam non ante oculos habuisse sed notationes suas aliunde hausisse. huc accedit, quod ipse confitetur sese marginalia, quae Cuiacius in ora editionis Gryphianae expresserat, *plene adhibuisse.* confirmaturque hoc quodammodo eo, quod ipsos codices Claverius duodecim vel quindecim fortasse annis ante ipsam editionem inspexerat, quod supra ostendi p. 2.

Sequitur ut quo modo carmen de Raptu Proserpinae tractavi, eodem utar in considerando Panegyrico in Olybrium et Probinum, qui, ut supra dixi, et ipse quoque separatim tradi solet.

1) In hos duodecim maxime locos attendat editor, inter quos sane minoris momenti sunt I 35 *maritae* (quamquam recepit Jeepius), 242 *fornace*, II 11 *callida voti*, 24 *gyro*, 295 *salis*, III 347 *Zancli;* graviores fortasse hi: I 9 *firmat*, 252 *legit*, III 233 *albet*, 237 *aestus*, 267 *iamiamque*, 312 omissus, 332 *flavum.*

Quo in poemate non nisi hoc loco Claverius duo codices indicasse dici possit:

201: Ceu] hi quatuor versus aberant a quodam manuscripto idque ante me notavit Del. sed in alio sic se habet.

Unum tantum codicem commemorat his in locis:

8: Genus Anicium] ... infra etiam vetus liber habuit Aniciis.
9: Anniadae] in vet. cod. ita scriptum est.
45: Denso] sic in vetere codice eleganter.
49: Sic quis] vetus haec est lectio.
50: Miretur] sic in optimo codice.
187: Centum] ita vetus liber.
213: Deserit] sic habet vet. liber.

Vel haec, quae ad hoc carmen Claverius de codicibus adnotat, si considero, non solum non video, quomodo illos discernam inter se, sed ne apperere quidem puto duos illi in manibus fuisse. nam quod dicit: ***hi quatuor versus aberant a quodam manuscripto***, hanc notam ex editione Delriana (cf. Delr. p. 272 et ‚notae ad Claudianum' p. 14) Claverius sibi assumpsit.

Iam videamus, quae adnotat editor ad carmina illa rarissima, quae aut in nullo codice servata sunt aut ubi extant ad Claudiani carmina quasi adspersa leguntur.

Laus Herculis] hoc poemation e vet. manuscr. multis locis emendavimus. Ergo quae nova proposuit in textu Claverius, in vetere extitisse confidas. in adnotationibus hoc tantum additit:

91: Animasti] alii codices ‚armantem vulnera'.

Hoc autem loco non est dubitandum, quin Claverius cum diceret ‚alii codices' nihil nisi poetae editiones in mente habuerit.

Ad carmen In Sirenas adnotat Claverius:

Siren] ita vetus liber. alias Sirenae.
6: Furentes] sic in vet. codice, alii ‚ferentes'.

Ad carmen Laus Christi nihil nisi hoc addit:

29: Quid nisi] haec est antiqua lectio.

In carmine Miracula Christi omnino nihil de codicibus Claverius dicit.

Quaerentibus igitur nobis, quibus codicibus Claverius in edendis iis poematibus, quae adhuc tractavimus, usus sit, hoc dubium esse non potest, quin non plus duo ei praesto fuerint, sicut in praefatione ipse testatur. male autem accidit, ut sibi non constiterit in significandis codicibus, quandoquidem notis ***vetus codex***, ***liber***, ***manuscriptus***, ***scriptura***, ***lectio***, ***vetustissimus codex***, ***optimus codex*** promiscue uti videtur. ex iis autem, quae de codicibus ad carmen

In Olybrium et ad rarissima illa, de quibus in fine dixi, adnotat, pro certo habendum est Claverium in illis edendis unum tantum codicem adhibuisse; sequitur inde, ut carmina illa in altero eius codicum defuerint, id quod mirum tibi videri non potest consideranti, quomodo Claudiani opera tradi soleant.

Caput II.

De Cuiacii in exemplari Gottingensi marginalibus.

Sed ut ad gravissimum caput disquisitionis nostrae veniamus, iam accuratissime nobis tractanda sunt reliqua carmina Claudiani, quorum ad editionem duo etiam codices Claverio ad manus fuerunt. hos codices eum a Cuiacio, viro illo de poetis latinis optime merito, accepisse iam commemoravi. praeterea autem Claverius multas lectiones ex adnotationibus, quas fecerat Cuiacius in ora editionis Gryphianae, se hausisse fatetur, quod exemplar periisse dolemus. grata autem fortuna evenit — id quod magni est momenti — ut alibi multae ad Claudianum adnotationes a Cuiacii manu scriptae nobis traditae sint.

Asservatur enim in bibliotheca Gottingensi signatum *Auct. Class. lat. 2253* exemplar Claudiani Basileense cura Isengrinii anno 1534 editum. id olim fuerat Cuiacii; sic enim in indicis folio inscriptum invenimus: *Ex Bibliotheca Jacobi Cuiacii, qui passim sua manu lectiones quasdam adscripsit.* postea transiit in Fabricii manus, cuius nomen *Ja. Alberti Fabricii* ibidem ad dextram subscriptum est; denique possessores habuit primum Weichmannum, deinde Gesnerum; nam ad sinistram ibidem exaratum legimus: *(J)o. Matthi. Gesneri, dono ill. Weichmanni.* ex Cuiacii manibus autem olim donante Riverio ad Gudium devenerat, nam in folio ultimo extat:

DONUM EMUNDI RIVERII IC[tu] AURELIAN.
ADIIII EID. MAI. ∾ DCLXI.

id quod manu Gudii exaratum esse ibidem ipse Gesnerus monuit adscribens *manus Gudii.* restat ut a Gudio Fabricium librum accepisse statuamus.

Iam vero in ora huius exemplaris multae usque ad finem lectiones docta manu adpictae leguntur. inde autem, quod in indicis folio haec deprehendimus de Cuiacio: *qui passim sua manu lectiones quasdam adscripsit* (quae utrum Gudius scripserit an alius incertum), id pro certo concluditur marginalia haec aut omnia aut certe partem eorum Cuiacio deberi. hoc qui observavit Matthias Gesnerus libri possessor, cum anno 1759 Claudianum ederet, non solum omnia

fere marginalia quae dixi sub textu poetae addito Cuiacii nomine imprimenda curavit sed etiam hanc totius rei enarrationem dedit pag. XXIX sq.: *Est inter libros meos exemplum huius* (sc. Isengr.) *editionis beneficio Ill. Weichmanni Consilarii Guelferbitani . . . Habuit illud Jo. Alb. Fabricius: et ante hunc Marquardus Gudius, qui manu sua (saepe mihi visa cum Vinariensem bibliothecam curarem) inscripsit: Donum Emundi Riverii ICti Aurelianensis A. D. III Eid Maii MDCLXI, quo anno fuisse in Gallia Gudium constat, cum etiam edidit Parisiis Hippolyti de Antichristo libellum. praeterea etiam hoc scripsit in prima pagina libri Gudius: Ex Bibliotheca Jacobi Cuiacii, qui passim* e. q. s. *Ex auctione Gudiana igitur pervenit cum multis aliis ad Fabricium.*

Parum itaque rem perspexit N. Heinsius incertum collectorem Cuiacio substituens, cum de re eadem scriberet editionis alterius praef. fol. 7 v: *Marquardus quoque Gudius noster eidem Isengrinianae editioni lectiones varias a collectore incerto adscriptas communicat, quod exemplar Jacobi Cuiacii olim fuisse dicebatur. sed excerpta haec et serius paullo ad me perlata sunt, cum sub praelo iam ferveret Claudianus noster, ut accurate ea excuti vix potnerint, et supra codices plebeios, ut quod res est dicam, nihil sapere aut ostentare videbantur: cum de iis plurimum mihi promisissem, probe recordatus, quam exquisita quamque praeclara horum pleraque essent existimanda, quae ex schedis Cuiacianis Claverius in animadversiones suas contulisset.*

Certe tamen Heinsius et de conexu aliquid sensit, qui inter ista excerpta et Claverium intercedit, et de ipso pretio excerptorum iudicium tulit.

Gesnerus vero cum omnia Cuiacii marginalia sub textu Claudiani poneret, in non ita paucis describendis plane erravit. unum autem gravissimum, quod neglexit Gesnerus, hoc est: neque enim una manus marginalia dederat, sed tres manus aut quatuor in iis diversae facile discerni possunt, quarum una tantum fuisse potest Cuiacii.

Hoc Birtius vir doctissimus cum intellexisset cumque lectionum illarum nonnullas vidisset mirum in modum cum iis consentire, quae Claverius in editione ex Cuiacii studiis Claudianeis publicavit, laborem utilem qui restabat mihi exequendum mandavit.

Manus quae in marginalibus illis discerni possunt tres esse vel quatuor supra dixi.

P r i m a manus ductu utitur satis pingui, atramento flavo paene diffluente, complevit autem oram paginarum 1—127 exemplaris Isengriniani variantibus lectionibus Claudianeis, postea nihil egit nisi versus nonnullos subductis lineis notare; praeterea bis in ima pagina 144v. et 146v. talia adscripsit, quae memorare non refert.

Manus altera formis utitur magis tenuibus, pinna quasi acutiore, atramento magis nigro; haec quoque variantes lectiones praebuit, saepissime ita ut litteras ‚ye' lectioni adpingeret. comparet autem haec manus in paginis 1—14 et a pag. 178 usque ad exitum.

Manus tertia magis etiam tenuis, pinna etiam acutiore usa, atramento autem minus nigro, sed lucido et paene flavo. haec quoque ad variantes lectiones, quas praebet, nonnumquam ‚ye' adscripsit vel ‚ἴσως'. comparet in pag. 24—26; deinde in pag. 65, 89. 90, 119—122, 144—147, 162—164, 183—198.

Manus, quam quartam primo obtutu putaveris, nigra quidem est, sed admodum pallida, litteris parvulis et nimis gracilibus utitur, ceterum similitudinem magnam ostendit manus primae [1]). accedit quod haec quarta ibi occurrere incipit, ubi prima desinit, nempe in pag. 127, unde usque ad exitum totius libri decurrit. itaque fieri potuit, ut et prima manus et quarta scribae eiusdem essent, qui cum denuo scribere ordiretur, et pinnam mutasset et atramentum.

Denique ne quinta quidem manus deest quae ductu celeri neglegenti inaequabili usa est, quam tamen, quia lectiones nullas, sed non nisi explicationes sat triviales hic illic adspersit, neglegere fas fuit; cernitur autem in paginis 60 v., 68 v., 72 r., 73 r., 74 r., 82 r., 83 r., 84 v., 87 r., 88 r., 127 r., 129 v., 131 v., 134 v., 138 v., 138 r., 139 v.

Iam vero et primam manum et quartam Cuiacii esse ex comparatione Claverii evinci dixeris. Claverius enim in pg. 75 r. editionis haec interposuit: *Cuiacius hic*: *Ut pondus ita iudex vergit.* prima autem illa manus in exemplaris Isengriniani pg. 46 r. scripsit: *ut pondus ita iudex vergit* [2]). et haec non quidem lectio Claudianea sed interpretamentum est. Altero autem loco adeo de codicis veteris lectione agitur.

Exemplar Isengr. p. 88 v., de bello Pollent. 610, in textu habet *assumptas;* manus I in margine dedit *assumptoq;*. hoc in textum Claverius recepit adnotans: *haec videantur alicui subobscura sed ita vet. liber*, *quae et manu sua firmavit Cuiacius.*

Quod si prima manus Cuiacii videtur, etiam quartam eius esse similibus argumentis probatur.

Nam haec manus IV in folio 137 r. Laud. Stil. II 123, ubi in textu est *numquam meritum*, adscripsit: *meritum non quae.* Claverius illud et ipse quoque in textu servabat adnotans: *Cuiacius e vet. cod. meritum non quae.*

1) Convenit inter ambas imprimis de forma litterae *e*, litterae *s* finalis et voculae *que*.

2) Haec verba marginalia a Claverio Cuiacio tribui iam Gesnerus viderat et breviter adnotavit in folio ultimo eiusdem exemplaris Isengriniani.

Manus IV in folio 162r. Laud. Serenae 224 ad *tegitur* lectionem adscribit *teritur.* Claverius *teritur* in textum assumpsit adnotans (pg. 216): *ita v. liber quod et sua manu firmavit Cuiacius.*

Fol. 176v., Epith. Pallad. 74, ad *claros* manus IV adscripsit *caro;* Claverius pg. 236 haec: *est et alius manuscriptus non adeo antiquus, ubi non Claros sed Caro; quod etiam notavit Cuiacius.*

Denique fol. 196v., De Sep. Speciosae 4, ad *invidiam* manus IV *(invidi)amque tulit.* Claverius pg. 263v. hoc recepit et addidit: *In vet. cod. ut etiam notavit Cuiacius Invidiamque tulit.*

Haec de manuum primae et quartae auctore. secundam autem et tertiam manum eidem Cuiacio nullo iure tribuas. satis autem mira res est, quam deprehendimus. bis enim fere idem gessisse Cuiacium apparet. nam Cuiaciana illa, quae ante oculos Claverius habuit, marginalia erant oram editionis Gryphianae complentia (cf. supra pg. 2). nunc autem etiam Isengrinii editionis margines illum notis saepe iisdem complevisse videmus.

Iam vero haec de ipsa Cuiacii manu quaenam fuerit postquam Claverii ope ita investigavi, ut protuli, postea incidi in Ernesti Spangenbergii librum »Jacob Cujas und seine Zeitgenossen« (Lips. 1822), cui in fine adhaeret epistulae Cuiacii ad Pithoeum datae repraesentatio ipsam viri scripturam imitans. qua autem me admiratione captum esse credas cum viderem neque primam manum quae in Isengrinio cernitur neque quartam commune quidquam habere cum ista epistula, neque alteram; aliquanto similiorem ei esse tertiam, vix tamen ita ut eundem scriptorem agnoscerem; ipsius Cuiacii ductum fortasse in quinta comparere cui sicut dixi lectiones nullae debentur sed tantum animadversiones quae quidem ad nostram rem nihil valent? quam ego difficultatem quomodo expediam non satis scio. eo autem maxime differunt reliquae manus a manu quinta et ab epistulae charactere, ut illae magis sedulam litterarum picturam, hae magis currentem scripturam ostendant; itaque nescio num statuere velis Cuiacium ibi ubi codicum scripturas conferebat curiosius rem agentem alio et rigidiore ductu esse usum, quam ibi ubi suas sententias promere festinabat. diversa via explicandi haec est: nempe Cuiacium in exemplar Gryphianum marginales lectiones sua manu intulisse Claverius locupletissimus quippe oculatus testis est; atqui eas lectiones cum Cuiacii marginalibus in Isengriniano extantibus maximam similitudinem habuisse et modo vidimus et mox etiam planius apparebit; bis autem idem egisse summum virum supra mirati sumus nec facile credas; fuerit ergo aliquis ex eius discipulorum caterva qui ex Cuiacii codice lectiones in Isengrinianum exemplar ita contulerit ut ipse ille in Gryphianum. Quae res utut se habet,

cum de Cuiacio nostrorum marginalium auctore dubitari certe non possit, ne perspicuitate mea disputatio careat, manum et primam et quartam in Isengriano extantes Cuiacianas nominare pergam quod quo sensu accipi velim nunc satis declaravi.

Caput III.

De Cuiacii marginalium Claveriique codicum consensu.

Quae cum ita sint, si in operam inquiramus, quam in Claudianum Cuiacius impendit, ita disputatio disponenda erit et dividenda, ut primo loco quaeramus, utrum adnotationes eae, quas Claverius Cuiacio debere se indicat, concinant cum iis, quas in illo Isengr. exemplari Cuiacius ipse tradidit, necne.

Pauca sunt, quae ex Cuiacio nomine eius apposito Claverius promat, quae in Isengrinio non inveniantur:

Ruf. I 35 pg. 45r. Cui] in vet. codice: Quem semper, ut videatur iungi τῷ comitatur, sed in optimo exemplari Martialis: Incidit in flammas iuvenique secuta relicto coniuge, quod quidem tueri forte posset Graeca ratio, verum magis est forte ut sequare duo manuscr. *quae manu sua confirmat Cuiacius.*

Ruf. II 160 pg. 59r. Quid partem] Recte id quidem, sed v. cod. habuit: Parem, *quod non neglexit Cuiacius, nam in ora sui libri excusi ἴσον interpretatus est.*

Epist. ad Hadr. pg. 238r. In vet. libro *quod etiam notavit Cuiacius* alia fuit inscriptio sed falsa nempe: Excusatio pro se ad Stiliconem.

Phoenix 95 pg. 241r. Myrrhata] Ita v. liber, *quod etiam Cuiacius notavit,* cum alias Mirata.

Phoenix 98 pg. ead. Penitus] Ita vet. liber. Sed in alio versus hic ita se habet, *ut etiam notavit Cuiacius*: Indus odor penetrat nares completque salubri. ea vero fuit scripturae antiquae obscuritas ut Penitos legi, non Penitus videretur.

De Christo 16 pg. 250v. Mancipii] Ita vet. codex *idque avide ut ita dicam arripuit Cuiacius,* in aliis Supplicii; notum est vero illud: Mancipio et nexu.

De mul. Gall. 15 pg. 252v. Nec vinclis] Hi sex reliqui versus aberant ab uno vetere codice *eosque in suo excusa* (sic!) *pene delevit Cuiacius,* sed in altero erant integri.

In Iacob. 5 pg. 254 r. Sic ope] Hoc distichon ignorat vet. exemplar *idque notavit etiam in libro suo Cuiacius*, sed alii omnes referunt.

De Torpedine 10 pg. 255 v. Hac confisa iacet] Aliter vet. codex nec tamen video causam: sane Cuiacius in ora libri quaedam habet superflua... en tibi:

Attractu confisa suo
Quae tetigere iacent, successu laeta resurgit.

De Concha pg. 258 r. Aliter accipit Cuiacius quam quis existimet, ut notavit in ora sui cod. nempe pro Cratere fontis: quod hic verum est, apud Hor. est Concha salis puri, apud Iuven. bibitur concha.

Ad Olybrium 19 pg. 261 v. Remoraturus] Ita opt. codex, in altero, *quod etiam aduertit Cuiacius*: solaturusque, alias Remoraturas inepte.

De III cons. Hon. 143 pg. 134 r. Dux iubet] . . . illud tamen (sc. iubet) non est semper *δεσποτικόν*, sed quasi precarium: nam et *κελεύω* Graecis *φιλικῶς* usurpari *notavit manu sua Cuiacius.*

Ad Gennad. proc. pg. 269 r. Cuiacius notavit in suo codice non proconsulem, sed ex pro consule.

Quibus in locis non est neglegendum, quod paenultimus non ad lectionem pertinet ideoque minoris est momenti.

Duodecim igitur tantum restant adnotationes Cuiacianae, quas Claverius adhibet, Isengrinianum autem exemplar non continet.

Contra ad marginalia editionis Gryphianae non pertinet, quod monet Claverius:

Ruf. I 175 pg. 45 v. Asiam] Cuiacius in observat. rara et exquisita de hac separatione Asiae prodidit . . . . . .

nam hic liber Cuiacii observationum respicitur idemque etiam

pg. 150 v. vindice] Hic locus ad ius pertinens a Cuiacio in observ.

Similia sunt quae legimus

pg. 75 v. cochleis] Hic te monebo Cuiacium maluisse efferre Pandectas Florentinas, quia dictiones Graecae genus saepe mutent apud Latinos adducebatque exemplum *τοῦ ὁ Κοχλίας*.

pg. 106 v. Lybia] Cuiacius dixisset Africam, non Lybiam.

pg. 165 r. Pacta mouet] Cuiacius diu in eo quaerendo fuit, quid esset pactum.

Ex consuetudine cotidiana qua usus est Claverius cum Cuiacio, haec fluxisse videntur:

pg. 149 v. Densari] Cuiacius dicebat suis militibus togatis, densate vos, *συνάγετε ὑμᾶς* et pro Laxate vos efferebat Dispertimini.

pg. 175 r. De Manlio Theodoro] Fuit autem vir ille in philosophia maxime versatus . . . . . . ut patet ex quibusdam opusculis quae olim vidimus in Bibliotheca Cuiacii.

pg. 264 v. Ad Aeternalem] . . . . nam Cuiacius paene inscius post aegritudinem satis molestam hunc versum protulit: Non mihi magna fuit sed miseranda pati.

pg. 147 r. Lucani locus a Cuiacio insertus memoratur.

pg. 164 r. Ausonii locus iudicatus.

pg. 165 r. Horatianus locus a Cuiacio Claudianeo emendatur [1]).

Iam vero eorum locorum, ubi quae exhibuit Claverius, etiam in Isengrinii margine descripta videmus, multo amplior numerus atque tantus est, ut plerasque ac paene omnes Cuiacianas lectiones in ea servatas dixeris. Quod ita demonstrabimus, ut primum hoc indice qui sequitur eas tantum Claverii adnotationes in conspectu ponam in quibus Cuiacius ipse testis nominatur, congruentes cum lectionibus a Cuiacio in margine Isengrinii adscriptis:

Editio Claverii		Editio Isengrinii	
Textus:	Adnotatio:	Textus:	Lectio a Cuiacio adscripta.
Rapt. II 363. omina perpetuo genialia	p. 24 v. Omina] sic v. liber. Alii inepte: omnia genitalia; sed etiam ipse Cuiacius in ora codicis excusi idem notavit. [Quaeritur quonam referendum sit idem; mea quidem sententia ad id quod habeat vetus.]	15 r. omnia perpetuo genitalia	omina perpetuo genialia.
Ruf. I 16. quae	p. 44 v. Quae] ita liber antiquus quod ipse Cuiacius manu propria adseruit, olim qui nullo sensu.	24 v. qui	lego qui [sic; apertum est Cuiacium in eo scribendo errasse, cum dare voluisset quae; nam in textu iam qui extiterat].
Eutr. I 35. nudatus	p. 72 v. Nudatus] ita optime vetus codex, non Mutatus, ut notavit, non etiam probavit Cuiacius.	42 v. nudatus	mutatus.
ib. 208. cum pondere	p. 75 r. Lances] Cuiacius hic: ut pondus ita iudex vergit.	46 r. cum pondere	ut pondus ita iudex vergit.
Gild. 492. cauta	p. 108 v. Cauta mente] sic v. codex quod etiam Cuiacius manu sua notavit.	75 v. + capta in marg. + timida	cauta.
b. Poll. 610. assumptoque	p. 126 r. Assumptoque] haec videantur alicui suboscura, sed ita vet. lib. quod etiam manu sua firmavit Cuiacius.	88 v. assumptas	assumptoque.

1) De huiusmodi locis disputavit Burmannus p. VIII.

Editio Claverii		Editio Isengrinii	
Textus:	Adnotatio:	Textus:	Lectio a Cuiacio adscripta.
VI cons. Hon. 12. annus	p. 163 v. Annus] ita vet. cod. sed enim Cuiacius in ora libri quem contulit se amnis reperisse adserit.	107 r. annus	amnis.
Stil. II 123. nunquam meriti	p. 195 v. Meriti] haec mutare non sustinui, quamvis liber quidam: meritum nunquam cunabula. Cuiacius vero e vet. cod. Meritum non quae cunabula.	137 r. nunquam meriti	meritum non quae.
Laus. Ser. 1. Dic mihi, Calliope, tanto cur tempore differs?	p. 216 v. Dic] hic versus aliter se habet in vet. cod., quod notavit C. nempe: Dic mea, Calliope, cur tantum in tempora differs.	157 v. Dic mihi, Calliope, tanto cur tempore differs.	C. suprascripsit ‚mea' et ‚tantum in tempora'.
ib. 225. teritur	p. 217 r. Teritur] ita v. liber, quod etiam manu sua firmavit Cuiacius.	162 r. tegitur	teritur.
Fescen. 3, 7. pignora	p. 224 r. Pignora] Cuiacius in suo cod. habuit Foedera.	166 v. pignora	foedera.
Nupt. Hon. 138. sequenti	p. 231 v. Sequenti] in cod. Petenti, quod et maluit Cuiacius.	171 r. sequenti	petenti.
Epith. Pallad. 74	p. 236 v. Carrhas] Ita vet. lib. . . . Est et alius manuscriptus non adeo antiquus, ubi ... Caro; quod etiam notavit Cuiacius.	176 v. claros	caro
Epist. ad Olyb. 24. Et tibi-scribere? Musa vale.	p. 261 v. Musa vale] ita vet. liber et omnes excusi. At in altero, quod etiam observavit Cuiacius: Nec tibi dedecori Musa futura vale.	195 v. Et tibi-scribere? musa vale	C. ‚nec' et ‚musa futura' adscripsit.
Sep. Spec. 4. invidiamque tulit	p. 264 v. Tulit] Inde sequitur forma fuisse eleganti, quae invidenda sit, alias Meruit; nam in vet. cod., ut etiam notavit Cuiacius: Invidiamque tulit, ita ut decus et invidiam una eademque opera sortita sit, sic etiam virtuti comes invidia.	196 v. invidiam meruit	(invidi)amque tulit.

Multo autem maior eorum locorum multitudo est, quibus Claverius eandem quidem sive in textu sive in adnotationibus lectionem profert quam margo Isengriniana ostendit, sed ita profert, ut Cuiacii mentio non fiat. Quos locos hic qui sequitur index comprehendat; moneo autem lectiones eas, quas diductis litteris exprimendas curavi, iam ab Isengrinio in mg. expressas esse eisque Cuiacium non nisi lineam subduxisse, quod signum eius approbationis fuit:

Exemplar Isengrinii.		Editio Claverii.	
Textus.	Lectio a. C. adscripta.	Textus.	Adnotatio.
Rapt. II 122 p. 10r + cruoris; in marg. Isengrinius haec habet: + cruoris non doloris Politianus legit Miscell. cap. II	doloris	p. 17v doloris	Doloris] ita vet. codex, forte pro dolores; at levare doloris defendi potest.
Ruf. praef. I 17 p. 24r angustis	Au(gustis)	p. 36r Augustis	
ib. I 77 p. 26r non nisi	non si	p. 38r non nisi	Non nisi] Etsi tacerent de hoc vet. libri, tamen constaret facile ita legendum, ut quid enim admiseris illud. Non si.
ib. 96 p. 26r. fixerunt	finxerunt	p. 39r finxerunt	
ib. 109 p. 26v rabidoque	rapi(doque)	p. 39v rapidoque	Rapido ingenio] vet. cod. ita praefert.
Ruf. II 85 p. 33v captivo	(capti)vae	p. 50r captivae	
ib. 176 p. 35r lateque	alteque	p. 51v alteque	
ib. 233 p. 36r + ultrixque in mg. + ultroque	ultroque.	p. 52v ultroque	
ib. 346 p. 38v dudum	tutum	p. 54v tutum	
ib. 401 p. 39v + erecto in mg. + exerto	exerto	p. 55v exerto	
Eut. I 61 p. 43r stabulis	tabulis	p. 64r tabulis	
ib. 136 p 44v + demisit in mg. + deiecit	deiecit	p. 65v demisit	Demisit aures] sic vetus liber et Gryphius, alias deiecit non adeo male.
ib. 162 p. 45r + quo in mg. + qui	quod	p. 65v quod	
ib. 194 p. 46r arce	arte	p. 66r arte	
ib. 272 p. 47v + saevis campis in mg. + Quidam saevi campi legunt	saevi campi	p. 67v saevi campi	
ib. 500 p. 51v differt	(differ)s	p. 71v differs	
pf. II 8 p. 52r + ille in mg.: ipse	ipse	p. 73r ipse	
II 108 p. 55v tristisque	cristisque	p. 80v cristisque	
ib. 156 p. 56v erat	erit | eat	p. 81r erit	
ib. 346 p. 60r + subiecta in mg. + subnixa	subnixa	p. 84v subnixa	
ib. 348 p. 60v + naso in mg. + fumo	fumo	ib. fumo	
ib. 360 p. 60v vertat	verrat	ib. verrat	Verrat marmora] ita vetus codex, alias Vertat quod miror defendi a Brodaeo.
ib. 364 p. 60v + thoro in mg. + choro	choro	ib. choro	

Exemplar Isengrinii.		Editio Claverii.	
Textus.	Lectio a. C. adscripta.	Textus.	Adnotatio.
78 p. 67v +contenta ıg. +contempta	contempta	p. 98r contempta	
p. 68r + et proprias ferret ıg. +inferret proprias	inferret proprias	p. 99v inferret proprias	
) p. 68v aratris	aristis	p. 100r aristis	
3 p. 70v causa	palma	p. 100v palma	
? p. 73v factu	facto | cerno	p. 103r facto	
1. p. 76r Getico	Pollenciaco	p. 109v Getico	Huius libri titulus variat in antiquis codicibus, unus habet, De bello Pollentiaco.
p. 73r monitu	teneri	p. 110v monitu	Monitus Iovis] sic in vet. codice, at in alio Teneri.
8 p. 79r tumidus	nimius	p. 112r nimius	
7 p. 80r +Haemus ng. +Hebrus	Hebrus	p. 113r Hebrus	
1 p. 80r +gerit ng. +gemit	gemit	ib. gemit	
0 p. 80v +templa ng. +claustra	claustra	ib. claustra	
0 p. 82v +captique ng. +capitique	capitique	p. 115r capitique	
1 p. 86v +mensibus ng. +sensibus	sensibus	p. 119r sensibus	
3 p. 88v +nunc ng. +tunc	tunc	p. 120v tunc	
7 p. 89r temnere	tendere	p. 121r tendere	Tendere] sic habuit vet. codex cum in aliis Temnere.
ns. 2 p. 89v +Roma ng. +pompa	pompa	p. 127v pompa	
p. 90r +regimen ng. +regnum	regnum	ib. regnum	
p. 90r +signa ng. +scuta	scuta	p. 128r scuta	
6 p. 92v virum	nurum	p. 130r nurum	
ns. 30 p. 94b sidera	frigora	p. 135v frigora	
p. 95r reperirent	o(perirent)	p. 136r operirent	
9 p. 99r +parva ng. +prava	prava	p. 139v prava	
5 p. 101v vel, in mg.: vir	vir delevit C.	p. 141v vel	

Exemplar Isengrinii.		Editio Claverii.	
Textus.	Lectio a. C. adscripta.	Textus.	Adnotatio.
ib. 500 p. 103v + laudis in mg. + largis	largis del. C.	p. 143v laudis	
ib. 624 p. 106r tibi	cum	p. 145v cum	
ib. 645 p. 106r donata	devota	p. 146r devota	
VI cons. 10 p. 107v + sibi in mg. + sui	sui	p. 151v sui	
ib. 324 p. 113v triste	rite	p. 157r rite	
ib. 463 p. 116r haec ille loquutus	hic ille locatus	p. 159r hic ille locatus	
In Manl. Th. 125 p. 123a + plaustris, in mg. + plantis	plantis	p. 170v plantis	
ib. 322 p. 126v curribus	cruribus	p. 174r cruribus	
ib. 334 p. 127r vita	vitta	ib. vitta	
Laud. Stil. I 71 p. 128v nataque	nataeque	p. 178r nataeque	
ib. 90 p. 129r censet	sensit	p. 178v sensit	
ib. II 97 p. 136v Quam peccare fide	Quam violare fidem	p. 188r Quam violare fidem	
Laus Ser. 230 p. 162r neu fervor iniquis	neu rumor iniquus	p. 216r neu rumor iniquus	
Fescenn. I 18 p. 165r cubes	voles	p. 221r voles	Princeps] In his nihil praeter duo: Tu cum pro Tum et voles pro Iubes.
Nupt. Hon. 7 p. 186v finxit	pinxit	p. 225r finxit	Finxit] Sic opt. liber et excusi, alias Pinxit, quod falsi arguitur ex sequentibus.
ib. 18 p. 168v idem	ide	p. 225v Idem (sic)	Ide] Optime ex v. cod. nam Ida Achillis pulchre capillati adventu intremuit: alias idem, nullo sensu.
ib. 25 p. 168v Laeva	lena	ib. Laeva	Laeva] Sic uno vet. c. et excusis etc. In vet. tamen Cod. non laeva sed lena (quod profecto latinum) reperi.
Epith. Pall. p. 175r Serenae	Celerinae	p. 233r Celerinae	
ib. 11 p. 175r propinquant	(propin)quis	ib. propinquis	
ib. 29 p. 175v sociumque requirit	interque suorum	p. 233v interque suorum	
ib. 67 p. 176r tenuis	tenuit	p. 234r tenuit	
ib. 69 p. 176r iuvenum	iuveni	ib. iuveni	

Exemplar Isengrinii.		Editio Claverii	
Textus.	Lectio a. C. adscripta.	Textus.	Adnotatio.
ib. 78 p. 176v non	tunc	p. 234v tunc	
ib. 82 p. 176v concepta	contempta	ib. contempta	
ib. 84 p. 176v quo	qua	ib. qua	
ib. 124 p. 177r virum	nurum	p. 235r nurum	
Phoen. 93 p. 181v vulneratus	veneratus	p. 240v veneratus	
Magnes 6 p. 182r commoveat	concutiat	p. 241v concutiat	
De Aponis 22 p. 183v contentis	contemptis	p. 243r contemptis	
ib. 33 p. 183v niteret	lateret	p. 243v lateret	
ib. 69 p. 184r meretur	medentum	p. 244r medentum	
In Aleth. 20 p. 186r quodlibet	quicquid ab	p. 246v quodlibet	Et tuto] Hic versus modo distinctus sit planus videtur. In vet. cod. legebatur: Quidquid ab ore pluet aut fluet.
Torpedo 6 p. 181v armata	armenta	p. 255r armenta	
Cryst. II 1 p. 194v corpore lymphas	carcere nymphas	p. 259r carcere nymphas	
Probin. 11 p. 195v penitus	vates	p. 262r vates	
In Spher. Archim. 5 p. 196r virorum	deorum	p. 262v deorum	Legesque deorum] Sic vetus codex, alii fere omnes: legesque virorum, non male.
De piis fratr. 41 p. 192v Onapi	Anapi	p. 268v Anapi	
ib. 47 p. 192v Num	Non	ib. Non	

Et consensus quidem quam magnus sit iam neminem fugiet. hoc tamen quod moneam superest. ad quatuordecim tantum locos inter eos, quos contine hic index — sunt autem 84 — adnotationem fecit Claverius de codicum lectione exponens. in reliquis omnibus tacite eam lectionem in textu posuit, quam Cuiacius apud Isengrinium adscripserat et adscribendo probaverat quasi et commendaverat. incuriae autem incusari possem, si ad editiones non respicerem, quae ante Claverium prodierunt. immo vero expectari potest iam in iis sat multas inveniri earum lectionum quas in tertia columna ego proposui concinentes eas cum ipsa manu Cuiacii. et contuli quidem Camertis editionem anni 1510 et Aldinam anni 1523, unde haec apparuerunt.

Camers rarius cum tertiae columnae scripturis facit, his nempe 24 locis: Ruf. I 109 *rapidoque*. Eutr. I 136 *demisit* et in mg. *deiecit* (nam etiam Camers in mg. varias lectiones optioni dedit), 162 *quo* et in mg. *qui*. II pf. 8 *pies*. II 346 *subnixa* et in mg. *subiecta*. 348 *fumo*. 364 *choro*. Gild. 150 *ara-*

tris et in mg. *aristis*. 387 *facto*. bell. Poll. 118 *nimius*. 190 *claustra*. 521 *sensibus*. 623 *tunc*. IV cons. 54 *operirent*. 500 *laudis*. VI cons. 10 *sui*. Stil. I 71 *nataeque*. 90 *sensit*. Nupt. Hon. 7 *finxit* et in mg. *In vultus quos pinxit*. 25 *leva*. Phoenix 93 *veneratus*. Magnes 6 *concutiat*. Aponus 33 *lateret*. De piis frat. 41 *Onapi* et in mg. *Anaphi*. in omnibus reliquis locis cum columna prima, id est cum textu Isengrinii (non vero cum iis quae in mg. Isengrinius pro varietate lectionis expressit) conspirat Camers [1]).

Paulo saepius sane Aldinae lectiones huc faciunt. nam in 33 locis id praebet Aldina quod et Cuiacius sua manu scripsit et tacite recepit Claverius; sunt autem loci hi: Ruf. I 96 *finxerunt*. 109 *rapidoque*. II 85 *captivae*. 233 *ultroque*. 401 *exerto*. Eutr. I 274 *saevi campi*. II pf. 8 *ipse*. II 346 *subnixa*. 348 *fumo*. 364 *choro*. Gild. 387 *facto*. bell. Poll. 177 *Hebrus*. 181 *gemit*. 190 *claustra*. 521 *sensibus*. III cons. 2 *pompa*. 14 *regnum*. 22 *scuta*. IV cons. 30 *frigora*. 54 *operirent*. 405 *vel*. 500 *laudis*. 645 *devota*. Stil. I 71 *nataeque*. 90 *sensit*. II 97 *quam violare fidem*. Epith. 69 *iuveni*. 82 *contempta*. Phoenix 92 *veneratus*. Aponus 33 *lateret*. 69 *medentum*. de piis fr. 41 *Anapi*. 47 *non*. reliquis contra locis fere quinquaginta Aldina cum textu Isengrinii, quem exhibui columna prima, convenit differtque a Claverio [2]).

Eodem fere perveni cum Gryphianam ed. anni 1548 conferrem, item, cum Pulmannianam anni 1596, quae potius Isengrinium sat presse sequi videtur; denique etiam multo rarius Colinaei editio anni 1530 secundae vel tertiae columnae scripturas mihi obtulit.

Haec ut ex editionibus afferrem, veritati debui. omnia autem si reputas, nullo iure dices suas lectiones Claverium ex prioribus tantum editionibus libero arbitrio decerpsisse, sed quoniam ipso fatente constat plurimum eum debere Cuiacio, Cuiacius is fuisse dicendus est, qui lectionum delectum ex ipsius manuscriptis haustum Claverio praestiterit eaeque lectiones quod saepenumero etiam in libris expressis tunc legebantur, nihil miri habet. tanta enim traditarum scripturarum varietas non est, ut concentus nasci non possit. tacite autem ex manuscriptis Cuiacii sese in textum recipere velle lectiones Claverius ipse profitetur post absolutum Raptum in initio carminum politicorum his verbis fol. 44 v.: *si vero minus exacte varias lectiones hic dinumero, fide tamen eas quae pluris sunt te habiturum ac nativa omnia in textu tibi obversari; reliqua fere tibi Index sufficiet.*

---

1) Nisi quod quater prorsus differentia praebet: bell. Poll. 18 *toto*, IV cons. 645 *dotanda*, cons. Theod. 322 *cursibus*, Stil. II 97 *quam peccare fidem*. in IV. autem consulatu 405 praebet *vir*.

2) Nisi quod duobus locis Aldina et ab Isengrinio et a Claverio discrepat; habet enim IV. cons. 624 *ter*, Epith. Pall. 78 *cum*.

Quae cum ita sint finito consentientium lectionum recensu disputatio nostra eo pervenit, ut conclusionem aliquam tuto facere nobis liceret.

Ex iis enim locis, in quibus adnotationes, quas Claverius nominato Cuiacio auctore prodit, concinunt cum iis, quas adnotavit Cuiacius in margine Isengriniano, satis apparere existimo, huic et in Gryphiano et in Isengriniano exemplari adnotationes facienti eundem codicem praesto fuisse.

Deinde ex eo, quod tam multa quae Cuiacius in Isengriniano adnotat, consentiunt cum adnotationibus a Claverio non nominato Cuiacio additis, sine dubio elucet eundem quem modo dixi codicem a Claverio in edendo Claudiano aut ipsum saepius adhibitum esse aut excerpta saltem quae ex eo sumpta erant. Alter igitur codicum quos Claverius Cuiacio se debuisse testatur, idem erat quo Cuiacius ipse usus est, cum in Isengrinii exemplari adnotationes adderet.

Caput IV.

De Codice Ambrosiano M 9 sup. a Cuiacio et Claverio adhibito.

Iam vero omnes[1]) eas lectiones quas in indicibus pp. 14—19 tamquam Cuiacianas in Isengr. mg. adscriptas recensui — sunt autem 92 — praebet etiam codex ille nunc Ambrosianus M 9 sup. Neque ullo modo dubitari potest, quin codex, quem Cuiacius in Isengrinii exemplari contulerit, idem sit atque ille Ambrosianus.

Quod ita demonstrare pergam, ut permagnum numerum adnotationum, quas addidit Cuiacius in Is. editione quasque in prioribus indicibus nondum tractavi, sequenti indice comprehendam easque cum lectionibus codicis Ambrosiani, quem siglo M designo, consentire ostendam. — iterum autem moneo, ubi vocabulum litteris diductum invenies, eo significari ei lineam subduxisse Cuiacium in libro Isengrinii, nimirum quia eandem lectionem in suo codice invenerat.

Antea vero ipse codex Ambrosianus paucis verbis describendus est. est autem codex M[2]) membranaceus saeculi XIII et continet praeter Claudiani opera, quae explent folia 124, haec (sic indicata in duobus codicis indicibus): *Horatium de arte poetica; Aratoris Subdiaconi ad Horianum* (i. e. Florianum) *Abbatem et Vigilium papam Historiam Apostolicam cum Actis*; *Grammaticae praecepta, et Regulas Paschales pro Epactis.*

1) De paucis exceptionibus vide infra pg. 33—36.
2) Ad hanc codicis descriptionem cf. quae Jeepius protulit in editionis suae tomi primi praefatione pg. XXXV.

Claudianeorum autem carminum ordo est hic: in Rufinum libri II (sed ita ut post I sequatur II et tum praefatio in II), de bello Gildonico, in Eutropium libri II, Fescennina, Epithalamium Honorii et Mariae, in III. consulatum Honorii, in IV. cons. Hon., in cons. M. Theodori, de laudibus Stiliconis libri III, in VI cons. Honorii, de bello Pollentino. et haec quidem carmina politica sive maiora; quod non ignorans librarius continuum scribendi cursum interrumpit dimidioque fere folio vacuo relicto non nisi haec verba addit: *Explicit de titulis theodosiorum honorii et stiliconis. Andreas scripsit cui prospera queque dies sit*[1]). tum sequuntur ab eadem manu scripta[2]) carmina minora, quorum in enumeratione numeris Gesnerianis uti velim: XL, XXIX, XXXIX, LII, XLIV, XLVIII, XLIX, XLVII, LXXIV, XXXVII, XCV, LI, LXXV, LXXVI, LXXXVIII, LXXVII, LIII, De Dulcio[3]), LXXXIII, XLVI, LXX, LXXI, LV, LXXII, LXXIII, XLI, XLII, Epithalamium Laurentii, LXVIII, De Baccho, De Marte, LVI, LVII, LVIII, LXII, LIX, LX, LXI, XXX, XXXI, XCIII, XCIV, LXXXIII[4]), LXXX, XLIII, LXXXV, LXXXI, LIV, LXXXVI, LXXVIII, LXXXVII, LXIX, XLV, XCII, XCI, LXXXIV, LXXIX, LXXXII, LXXXIX, XC, L.

Haec Claudiani opera in codice nostro foliis 123 continentur, quorum singula in utraque pagina 34—36 versus habent. ultimum folium complet index operum Claudiani de quo capite VI copiose actum est. inscriptionibus caret codex, qua de re cf. adnotationem ad cap. VI. scholia huc illuc a manu posteriore adspersa inveniuntur, sed non ita magni sunt aestimanda, quia plerumque in inutilibus explicationibus acquiescunt. contra in ipso textu saepissimime comparet manus II, quae modo per rasuram correxit manum I modo lacunas quas illa reliquerat explevit modo varias lectiones suprascripsit vel in margine adiecit.

---

1) Attendas velim ad poeticum verborum ludum, quo utitur Andreas monachus.

2) Neque enim assentiri possum Jeepio, qui sequentia ab alia manu *priori simillima* exarata esse putat, nimirum subscriptione illa Andreae ad hanc sententiam pellectus. cum vero neque color atramenti neque litterarum ductus neque orthographiae proprietas mutentur, non est, cur accipiamus aliam manum in scribendo codice perrexisse. Immo eadem manus prima etiam quaternionum custodes scripsit ab I usque ad XV omnes, cum in quaternione XIII fol. 8 carmina minora incipiant.

3) Versus ille qui legitur *Nectareo muro dulces cinguntur harene* sicut in nostro M etiam in Vaticano optimo cum sequenti carmine de Locusta coniunctus est; huic autem Vaticano titulum debemus, qua de re cf. Jeepium tom. II app. pg. 199.

4) Iterum hoc loco scriptum invenitur carmen de Locusta sed ita, ut ex alio exemplo depromptum videatur; nam ubi supra legitur *dumique*, hic extat *dubiisque*, ubi supra *parvis*, ibi hic p cum spatio vacuo apto 3—5 litteris.

De aetate autem codicis paulo accuratius disputare volo; nam saeculo XIII eum scriptum esse contendo, quamquam in folio primo praefixo, ubi extat a recentiore manu exaratus index eorum quae continet codex operum, haec leguntur: *Codex in p.is partibus saeculi XI, in postrema XIII.* sed qui aliquantulum tantum in tractandis manuscriptis versatus est, primo obtutu intellegit magnum in errorem incidisse eum, qui primae codicis parti, nempe Claudiani operibus, maiorem quam illis quae sequuntur vindicaverit aetatem. sane magna inter utramque manuscripti partem temporis discrepantia intercedit, quae ex universo litetrarum ductu atque ex tota partis utriusque specie materiaeque qualitate facile cognoscitur. sed nullo modo potest dubitari, quin prima codicis pars, qua continetur Claudianus, longe sit posterior. itaque hunc poetae nostri manuscriptum saeculo XIII tribuo. illud denique memoro, olim in Francogallica bibliotheca infuisse nostrum codicem; nam in ipso involucro libri haec verba extant manu saeculi XV vel XVI exarata: ***hunc codicem una cum multis aliis Avenione*** (Avignon) ***vehendum curavimus.*** quod quare iam hic moneam fugere te non potest considerantem, etiam Francogallum fuisse Cuiacium, illum virum de Claudiano optime meritum.

Iam vero sequatur lectionum quas dixi comparatio per indicem instituenda.

Editio Isengriniana.				Codex Ambrosianus.
		Textus.	Lectio a Cuiacio adsripta.	
p. 24r. Ruf. I pf.	1.	decidit	con(cidit)	sic [1]) M.
	4.	tangeret	tin(geret)	sic M.
	9.	spumavit	fumavit	sic M.
	10.	liquidis in mg. nitidis	nitidis	sic M.
	14.	deae	dei	sic M.
p. 25 v.	I 52.	et	en	sic M.
	69.	veretur in mg. tuetur	tuetur	M: $\overset{t}{\text{u}}$eretur, voluit igitur tuetur
p. 26r.	80.	arcus	artus	sic M.
p. 28v.	222.	miscet	nectit	sic M.
p. 29v.	260.	solus medioque	medio sese sed	sic M.
	278.	quondam	rubro	sic M.

1) Illud sic nimirum ad lectiones a Cuiacio adscriptas pertinet.

	Editio Isengriniana. Textus.	Lectio a Cuiacio adscripta.	Codex Ambrosianus.
p. 30r. Ruf. I	307. audet	ardet	sic M.
	308. receptat	retemptat	sic M.
p. 32r. II	10. turbare	vexare	sic M.
	36. geticis Europa catervis	(Geticis)que — severis	sic M; sed m. 2 suprascr. ‚vel catervis'
p. 33r.	64. nurus	domus	sic M.
	67. puerique	(pue)rumque	sic M.
	68. undare	foedare	fedare M.
p. 34 v.	131. pallore	terrore	sic M.
	135. columnis	metallis	sic M.
p. 35r.	158. semel — curat	sibi — curae	sic M; sed m. 2 suprascr. ‚vel semel' et correxit ‚cura' in ‚curat'
p. 36r.	232. iam — pila in mg. mihi — tela	mihi — tela	sic M.
p. 36 v.	248. iste	ille	sic M.
p. 38 v.	351. fulgida ferri	lucida Martis	sic M.
	363. et iusso in mg. diviso	diviso	sic M.
p. 39 v.	404. ictu	ense	sic M; sed m. 2 adscr. ‚vel ictu'
	408. pila	tela	sic M.
p. 40r.	417. perit	cadit	sic M.
	422. certas	credis	sic M.
p. 40 v.	453. nunquam	nusquam	sic M.
	462. tendunt	figunt	sic M.
p. 42r.	526. praeceps ubi mersus	penitus im(mersus)	sic M.
p. 43 v. In Eutrop. I	65. quae	quam	sic M.
	82. sub	in	sic M.
p. 44r.	91. E gemino	et	sic M.
	93. tactu	ductu	sic M.
p. 44 v.	126. stipite	cespite	sic M.
	131. trusere	misere	sic M.
p. 45 v.	167. se	sibi	sic M.
p. 46r.	195. non in mg. nunc	nunc	sic M.
p. 47r.	245. Et - sola	In — nulla	sic M.
	250. fervet	saevit	sic M.
p. 47 v.	276. niveam	vinctam	sic M.

Editio Isengriniana.			Codex Ambrosianus.
	Textus.	Lectio a Cuiacio adscripta.	
p. 47 v. In Eutrop. I	291. Thebas in mg. labes	labes	sic M.
p. 49 r.	353. vada in mg. iuga	iuga	sic M.
	355. assuetum	advectum	sic M.
p. 49 v.	390. iuvenique	(iuve)nisque	sic M.
	393. fracto	strato	sic M.
p. 51 a.	457. veteres	series	sic M.
p. 51 b.	478. fastus	u correxit C. in o	fastos M.
	479. aequalis in mg. aequabit	aequabit	sic M.
	480. Inseret	Inf(eret)	sic M.
	Ptolomaei	(Ptolomae)us	sic M.
p. 52 v. Praef. in Eut. II	14. aula in mg. aura	aura	sic M.
	30. utile	vivere	sic M.
p. 53 v.	74. viros	mares	sic M.
	75. ad	in	sic M.
p. 54 r. In Eutr. II	25. inferno	infernas	sic M.
	26. confligunt	constringunt	sic M.
p. 54 v.	46. fatidici in mg. terrifici	terrifici	sic M.
	53. lucro serumque	(lucro) est (serumque)	sic M.
p. 55 r.	64. huc	hinc	sic M.
	82. pariter	patitur	sic M.
p. 55 v.	109. quassavit	(quassa)bat	sic M.
	111. cladibus	stragibus	sic M.
p. 56 v.	143. largis	laxis	sic M.
p. 57 r.	176. Targibilum	Tarbidium	sic M.
p. 57 v.	196. Gothunnus	Guithongus	sic M.
p. 60 r.	346. subiecta in mg. subnixa	subnixa	sic M.
p. 60 v.	347. sane	facie	sic M.
	348. naso in mg. fumo	fumo	sic M.
	350. considunt	(con)ci(dunt)	sic M.
	364. thoro in mg. choro	choro	sic M.
p. 61 v.	407. infestoque in mg. infausto	infausto	sic M.
	422. angustas ingnoto in mg. ignotas angusto	ignotas angusto	sic M.

	Editio Isengriniana. Textus.	Lectio a Cuiacio adscripta.	Codex Ambrosianu
p. 62 v. In Eutr. II	451. contexit	conteritur	sic M.
	457. avito	(avi)tum	sic M.
p. 63 v.	526. desisse in mg. cessisse	descisse	sic M teste Heins apud Clerqiur ego omisi adn tare
p. 64 v.	558. dignosque sodales	dignusque satelles	sic M.
	564. volenti	(volen)tum	sic M.
p. 66 v. Bell. Gild.	24. casside	cuspide	sic M.
p. 67 v.	89. simul	mihi	sic M.
p. 68 r.	113. Nunc	Heu	sic M.
p. 69 v.	187. iuvenci	tiranni	sic M.
p. 71 r.	279. condonat	C. linea subduxit in textu ‚donat' et adscr. in marg.: tradit	M: cum tradit
p. 73 v.	387. factu	facto, cerno	M: cerno
	390. Macezer	Mascetes	sic M.
p. 74 r.	428. age	e corr. C. in i	M: agi
	ib. meruistis	dol(uistis)	sic M.
p. 74 v.	455. cingi	iungi	sic M.
p. 75 v.	496. confusa in mg. concussa	concussa	sic M.
	513. fluctibus in mg. flatibus	flatibus	sic M.
p. 76 r.	516. procul	simul	sic M.
p. 77 r. Bell. Poll.	19. animasse	ar(masse)	vel ar M: animasse
	21. teneras vincturi	(tener)ae victuro	sic M.
p. 77 v.	50. interius	(inter)nis	sic M (per ras.).
p. 78 v.	98. nuncia	conscia	sic M.
p. 80 r.	177. Haemus in mg. Hebrus	Hebrus	sic M.
	181. gerit in mg. gemit	gemit	sic M.
	188. Thermopylae vallata	et adscr. C. idque inter Thermoylae et vallata inserendum significavit	M: Themophile e vallata
p. 80 v.	190. templa in mg. claustra	claustra	sic M.
	200. Gallos	fluvios	sic M.
p. 81 r.	220. diffusa	distincta	sic M.

Editio Isengriniana.			Codex Ambrosianus.
	Textus.	Lectio a Cuiacio adscripta.	
p. 81 r. Bell. Poll.	232. carbasus	caucasus	sic M (per ras.)
p. 82 r.	274. pectore in mg. robore	robore	sic M.
p. 82 v.	311. pignora in mg. vincula	vincula	sic M.
p. 83 v.	365. rura	regna	sic M.
p. 84 r.	385. facti in mg. fati	fati	sic M.
p. 85 r.	430. unique	solique	sic M.
	442. vera	verax	sic M.
p. 85 v.	454. alacris	alacres	sic M.
	471. promittit	(promi)sit	sic M.
p. 86 r.	487. acclivis	(accli)nis	sic M.
p. 86 v.	514. iugis in mg. regis	rogis	sic M.
p. 87 r.	538. vertere	ducere	sic M.
	540. Sic	Quod	sic M.
p. 87 v.	554. sacra in mg. sera	sera	sic M.
	568. omnes — dira	socii — dura	sic M.
p. 88 r.	589. acceleratur	acceleravit	sic M.
p. 88 v.	622. cognati	cum grati	sic M.
	626. freta	frena	sic M.
p. 89 v. Praf. in III cons.	Hon. 8. naturam in mg. natorum	natorum	sic M.
p. 90 r. In III cons.	22. feroces in mg. recentes	recentes	sic M.
	22. signa in mg. scuta	scuta	sic M.
p. 92 r.	133. fervet in mg. floret	floret	M: fleret
p. 92 v.	142. cunctos — tectis	tutos — castris	sic M.
	146. suadente in mg. sudante	sudante	sic M.
p. 95 r. In IV cons.	60. ruitura	peri(tura)	sic M.
p. 97 v.	181. aut	nec	sic M.
p. 98 r.	214. fortuna	natura	sic M.
	222. incertos in mg. incestos	incestos	sic M.
	226. obscuro	obscuris	sic M.
p. 99 r.	284. qui in mg. quod	quod	sic M.

Editio Isengrinii.			Codex Ambrosianus.
	Textus.	Lectio a Cuiacio adscripta.	
p. 99 v. In cons. IV	286. qui	quod	sic M
	298. vetat in mg. negat	negat	sic M.
p 100 r.	317. fuerat	fuerint	sic M.
	318. stratis	fractis	sic M.
	320. tonant	canant	sic M.
p. 100 v.	359. arcu	ictu	sic M.
p. 101 r.	386. iuvenem in mg. Venerem	Venerem	sic M.
p. 101 v.	394. laetus	lenis	sic M.
	407. perficiat in mg. perfringat	perfringat lin. subd. C.; praeterea addidit perstringat	M: perstringat
p. 102 r.	422. alni	olim	sic M.
p. 102 v.	446. sparsere	fudere	sic M.
p. 103 r.	483. averso	ad(verso)	sic M.
p. 103 v.	500. es	et	sic M.
p. 104 r.	529. iussum	visum	sic M.
	541. flexisse	fixisse	sic M.
	545. tument	ti(ment)	sic M.
p. 104 v.	547. arenas	habenas	sic M.
	571. proferre	gestare	sic M.
p. 105 r.	573. suspirans — veste	suspirans correxit C. in suspirat et in marg. adscripsit: alias voce	M: suspirat vo[c] vel veste
	575. variasque	Phariosque	sic M.
p. 105 v.	604. dubitarent	(dubi)tassent	sic M.
	613. omnia	omina	sic M.
p. 106 r.	627. concutit	(con)tulit	sic M.
p. 107 v. In VI cons. Hon.	14 dederint	(dede)rant	sic M.
	23. prima in mg. propria	propria	sic M.
p. 108 r.	38. suas	alias	sic M.
p. 108 v.	62. limina	lu(mina)	sic M.
p. 109 v.	117. falsa	seva	sic M.
p. 111 r.	203. Astae	hastae	M: haste
p. 112 v.	273. fatur	dixit	sic M.
	291. Hunc in mg. Hic	Huc	sic M.
p. 113 r.	294. meliore perustis	maiore per illis	sic M.

Editio Isengriniana.				Codex Ambrosianus.
		Textus.	Lectio a Cuiacio adscripta.	
113 r. In VI cons. Hon.	303.	proh	per	sic M.
p. 113 v.	329.	aversus	adversis	sic M.
	337.	cinxere faces in mg. fasces cinxere	fasces cinxere	sic M.
p. 114 r.	365.	decernens in mg. discernens	discernens	sic M.
p. 115 r.	397.	laetanda	laudata	sic M.
p. 115 v.	443.	muris	ripis	M: rippis
	447.	si	ni	sic M.
p. 116 r.	458.	Addua	Ar(dua)	sic M.
p. 116 v.	488.	Addua	Ar(dua)	M: addua, sed hoc loco errasse mihi videor in collatione.
	497.	secundo	retuso	sic M.
p. 117 r.	501.	despicitur	deseritur	sic M.
p. 117 v.	550.	quo tempore	quod pectore	sic M.
p. 119 r.	617.	arcibus	collibus	sic M.
	626.	tunc	tot	sic M.
p. 120 r. In cons. Manlii	2.	fascibus	fastibus	sic M.
p. 122 v.	104.	variisque	(variis)ue	M: variisne; sed hoc loco aut Cuiacium aut me errasse verisimile est; nam saepius vix est, ut in codice M discernas inter n et u.
	110.	flagra in mg. flabra	flabra	sic M.
p. 123 r.	130.	videat	inducat	sic M.
p. 124 v.	219.	diffundit	suffundit	sic M.
p. 125 r.	243.	largitor	(largit)u(r)	sic M.
p. 125 v.	247.	remoto in mg. modesto	modesto	sic M; sed in margine m. 2. adscr. vel remoto
p. 126 r.	278.	aedes	arces	sic M.
p. 127 r.	332.	inversa	immissa	sic M.
p. 128 v. In Laud. Stil. I	73.	Serenae	severum	sic M.
p. 129 r.	87.	evincta	inducta	sic M.
	88.	Asiae	Asye	M: aspe? p in correctura ita ut incertum sit, utrum p an y legatur.

Editio Isengriniana.			Codex Ambrosianus
	Textus.	Lectio a Cuiacio adscripta.	
p. 130r.	In Laud. Stil. I 146. subductus	se(ductus)	sic M.
p. 131 r.	194. manus	domus	sic M.
p. 132 r.	258. Poenis	plenus	sic M.
p. 132 v.	278. atra	antra	sic M.
p. 134 v.	373. fuerant	ruerent	sic M.
p. 136 v.	II 79. aut	atque	sic M.
p. 137 r.	100. crimina	carmina	sic M.
p. 138 r.	157. iactatum	iactantum	sic M.
p. 138 v.	202. laceri	late	sic M.
p. 139 r.	205. vulnus	vulgus	sic M.
p. 139 v.	234. si non	si num	sic M.
p. 140 v.	302. limite	lùmine (sic) C.	M: lumine
p. 141 r.	331. Te certum est	posse queas	sic M.
p. 141 v.	348. Stilico	sed avus	sic M.
	356. nurum	thorum	sic M.
p. 142 r.	365. dea	iam	sic M.
p. 142 v.	406. conspiciam	conspiciant	sic M.
p. 145 r.	III 12. bellator	pugnator	sic M.
p. 146 r.	58. tanto	cauto	sic M.
p. 146 v.	83. freta	fulta	sic M.
p. 147 r.	142. submitteret	obsideret	sic M.
	146. feriret	teneret	sic M.
	157. horrendos	hostiles	sic M.
p. 148 r.	167. vibrat	librat	sic M.
p. 149 r.	227. Indulsisse	Inclusisse	sic M.
p. 150 r.	275. mihi cursus	dum currus	sic M.
	281. perquirite	percurrite	sic M.
p. 151 r.	326. vel	per	sic M.
p. 157 v.	Laus Serenae 8. Permessius	(Perme)sidos	sic M.
	11. haud	an	sic M.
p. 158 r.	14. abnuit	abnegat	sic M.
	32. solertia	Laertia	sic M.
	38. poterat	potuit	sic M.
	39. celsam	nomen	sic M.
p. 159 r.	87. aurae	aulam	sic M.
	89. Afflavit	affluxit	sic M.
	90. rosae	comae	sic M.

Editio Isengriniana. Textus.		Lectio a Cuiacio adscripta.	Codex Ambrosianus.
p. 159 v. Laus Serenae	103. linguae	longe	sic M.
	111. delectus	elatus	sic M.
p. 160 v.	150. remeantem	redeuntem	sic M.
	163. procos	viros	sic M.
	167. providus	fervidus	sic M.
	175. vulnera	funera	sic M.
p. 161 r.	190. cura	causa	sic M.
	193. Idae — duxit	inde — movit	sic M.
p. 161 v.	200. nec	non	sic M.
p. 166 r. Fescennina II	24. foeta	freta	sic M.
p. 166 v.	39. nitent	tepent	sic M.
p. 168 v. De Nupt. Hon.	15. volvere	flectere	sic M.
	24. nuncia	noxia	sic M.
p. 169 r.	57. fulvo	flavo	sic M.
p. 169 v.	71. armavit	(arma)ri	sic M.
p. 170 r.	103. Multifidum	(multi)modum	sic M.
p. 170 v.	122. removit	(re)fo(vit)	sic M.
p. 172 r.	196. festum	faustum	sic M.
p. 173 r.	258. dilatos	duratos	sic M.
p. 174 r.	296. iuxta	circa	sic M.
p. 174 v.	319. ille est — sic te	est hic — sese	sic M.
	336. tuus	tui	sic M.
p. 175 r. Epith. Pall.	10. quo quemque	quocunque	sic M.
	12. prudentes	pendent et	sic M.
	18. Spectandi cupidas	inspectant cupidi	sic M.
p. 175 v.	23. lyrae	tubae	sic M.
	28. erat	fuit	sic M.
	32. nullum vinxisse	(null)is iunxisse	sic M.
	38. dissimili tenuem	dissimilem tenui	sic M.
p. 176 r.	51. quae	cui	sic M.
	55. primae	cunct(ae)	sic M.
	61. flatibus	fluctibus	sic M.
p. 176 v.	79. metuitque	meruitque	sic M.
	86. numeros	(nume)rum	sic M.
	88. depositum	dispositis	sic M.
	90. quantum	quantae	sic M.

Editio Isengriniana.		Codex Ambrosianus
Textus.	Lectio a Cuiacio adscripta.	
p. 176 v. Epith. Pall. 91. quantum	quanto	sic M.
98. mihi	iam	sic M.
p. 177 r. 116. tum vere	timuere	sic M.
p. 178 r. Ep. ad Hadr. 3. Permutas	permittas	sic M.
17. Darium famulis	Hic Darium famulis	sic M.
p. 178 v. 29. valent	calent	sic M.
31. nobiliore	mobiliore	sic M.
p. 179 r. 50. flecteris	frangeris	sic M.
55. saeviat	irruat	sic M.
De sene Ver. 7. Non — non	nec — nec	sic M.
p. 179 v. De Phoenice 8. solusque	solisque	sic M.
p. 180 r. 11. vividus	invidus	sic M.
22. super	simul	sic M.
p. 181 r. 88. Tyrias	famulas	sic M.
p. 182 r. De Magnete 6. quae — origo	quis — hiatus	sic M.
23. curas	gentes	sic M.
p. 183 v. De Aponis 36. Glaucaque	claraque	sic M.
p. 184 r. 48. fida	firma	sic M.
55. spuma	spina	sic M.
p. 183 v. 78. possit	poscit	sic M.
90. Aponum	Aponon	sic M.
p. 185 r. De Nilo 8. elapsus ab Austris	elatus ab antris	sic M.
p. 185 v. 32. partes	vires	sic M.
34. venasque calore	vanosque calores	sic M.
p. 188 v. De Christo Salv. 7. numine	angelo	sic M.
p. 190 r. De mulab. Gall. 5. nullis	longis	sic M.
9. longinqua	doctique	sic M.
p. 191 v. De Locusta 3. dumique	dubiis(que)	sic M.
p. 192 r. De Torped. 14. fugit	furit	sic M.
p. 192 v. Ep. ad Seren. 16. rara	mira	sic M.
35. Illius expectant	explent illius	sic M.
p. 193 r. 51. me	ne	sic M.
54. eiusdem	eadem	sic M.
p. 194 r. De equo Honorii 6. perstringere saltu	transcurrere cursu	sic M.

Editio Isengriniana.		Codex Ambrosianus.
Textus.	Lectio a Cuiacio adscripta.	
De crystallo I 2. Quae fit	Et fit	sic M.
4. mitis	vivis	sic M.
II 7. nobilis	mobilis	sic M.
IV 5. axis	ardens	sic M.
V 4. bina	viva	sic M.
Ep. ad Olyb. 14. Tartesiaco	Charchesiaco	M: carchesiaco, sic m. 1.
22. digna tuis	libris atque	sic M.
Ad Prob. 2. gratas — nostra	caras — grata	sic M.
De birro 2. Castoreum nequeo	(Castore)umque queo	sic M.
Descr. Armenti 9. diffusus	commissus	sic M.
)e piis fratribus 12. color	tremor	sic M.
41. Onapi	Anapi	sic M.
45. ardor	error	sic M.

Iunc tantum inter Cuiacii adnotationes lectionesque codicis Ambrosiani ·nsum consideranti dubium nullo modo potest esse, quin Cuiacius in ıri illo Isengriniano hunc codicem contulerit. cum autem ex Claverii ɔne appareat duos tantum Claudiani codices Cuiacium possedisse ibidem legatur illis duobus Claverium in edendo poeta usum esse, :ratum est alterum quem Claverius adhibuit codicum ipsum illum ediolanensem, qui asservatur in bibliotheca Ambrosiana.

ed ne levitatis arguar, illud silentio praeterire non possum: non desunt :tiones Cuiacianae, quae dissentiant ab iis, quas habet codex Ambro- sed laudo illud proverbium, quo dicitur exceptionibus legem probari. monstrare me posse spero eas quas dixi dissensiones non tanti esse i, ut valeant ad evertendum nostrum quod tulimus iudicium. in his ıentur, indicibus etiam illas dissensiones comprehendam, quae intersunt dicem nostrum Ambrosianum et eas lectiones Cuiacianas, quae in ; indicibus p. 14—19 tractavi, ita ut tandem omnes lectiones Cuiacianas lice M contulerim.

t primum quidem titulus *de bello Pollentiaco* (cf. p. 17) rarissimus in psi carmini inscriptus invenitur, sed in operum catalogo quem habet 46). item in epith. Palladii titulo nomen *celerine* (p. 18) non legitur o catalogo (p. 46).

Non mirum quod alia orthographia atque codex Mediolanensis eaque meliore Cuiacius usus est in his locis:

Textus Isengrinii			Lectio Cuiaciana	Codex M.
p. 59 v. In Eutr. II	308	Ad sontes	In sontes	In sōptes
p. 84 v. Bell. Poll.	415	Vindelicis	Vandalicis	vandalycis
ibid.	420	Scinthos	Citos	cithos
p. 105 v. In IV cons. Hon.	623	Gothunni; in marg. Grutunni	Grutungi	gruthongi
p. 106 r. ib.	635	Gothunnorum; in marg. Grutunnorum	Grutungorum	gruthongorum
p. 113 r. In VI cons. Hon.	303	rettulit; in marg. rettudit	rettudit	retudit
p. 115 v. ib.	444	muris	ripis	rippis
p. 168 v. De Nuptiis Hon.	18	idem	ide	yde

Aliis locis nonnullis lectiones plane falsas codicis Cuiacium inter transscribendum corrigere voluisse apparet; in sequentibus autem ut C Cuiacium, M Ambrosianum codicem, ita T textum Isengrinii significare scito:

p. 92 r. In III cons. Hon. 133 T: fervet; in mg. floret, C: lin. subd. floret, M: fleret (cf. p. 27).

p. 159 r. Laus Serenae 108 T: devinxit-Lacones, C: dilexit-Laconos, M: dilexit-lacenos.

Miror neglegentiam Cuiacii, qui nec *Lacenos* nec *Laconos* legi posse nesciverit.

p. 159 r. Laus Serenae 79 T: rebellantes, C: relegantes, M: relegentes.

Recte scripsit Cuiacius *relegantes*, cum breve esse e in *legere* non ignoraret.

p. 179 v. De Phoenice 7 T: titanius, C: iunonius, M: [tina] iunonius (sic).

Sunt autem loci, quibus in corrigendis Cuiacium socordia quadam usum esse facile cognoscas:

p. 162 r. Laus Serenae 230 T: neu fervor iniquis C: rumor iniquus M: nec rumor iniquus, sed *rumor* ex *femur* corr. m. I (cf. p. 18).

Cuiacium etiam *neu* in *nec* corrigere voluisse ex eo concludo, quod in textu non solum *fervor iniquis* sed etiam *neu* linea subduxit.

p. 75 r. Bell. Gild. 469 T: correptum-hydrum, C: arreptum-hydram, M: arrectam-hydram.

Hunc quoque dissensum neglegentiae Cuiacii deberi licet suspicari; nam cum initium vocabuli differe observaret, ad finem eius non attendit.

p. 75r. Bell. Gild. 470 T: obunco, C: supra o suprascripsit a, M: adunco. *abunco* sensu carere apparet et quamquam idem vitium cernitur e. g. in codice Parisino *Π*, tamen Cuiacium *adunco* voluisse credi potest.

p. 138r. In Laud. Stil. II 171 T: Aonios-muros, C: musa, M: Aonias-musas. Duplici hoc loco incuria usus est Cuiacius qui et *musa* pro *musas* scriberet et *Aonios* incorrectum relinqueret.

p. 158r. Laus Serenae 37 T: te, C: hic, M: hec. *Hic* nulli habent codices nimisque id sensu caret; erravit igitur Cuiacius.

p. 187v. Gigantomachia 66 T: viribus, C: cãtub (cantubus), M: cautibus. Falso legit Cuiacius, nam absurdum esset *cantubus.*

p. 193v. De phaleris equi regii 3 T: renident, C: redundat, M. redundant. Hic locus non desiderat explicationem.

p. 194r. De muneribus 10 T: onerabat, C: honorabat, M: honerabat. In Cuiacii lectione vitium metricum; seduxit eum orthographia in Mediolanensi.

Magna scribendi celeritas facile cognoscitur his in locis:

p. 138v. In Laud. Stil. I 159 T: alumnus, C: alenus, M: alanus.

p. 176r. Epith. Pall. 49 T: pecus, C: remus, M: nemus.

p. 199v. Ad Gennad. 8 T: Et lare contempto, C: „Et“ lin. subduxit et adscripsit Me, M: Et me contempto. Lapsu calami factum est, ut *Et* pro *lare* Cuiacius linea subduceret.

p. 160r. Laus Serenae 121 T: pulchras, C: pulchros, M: pulcro. *Pulchros faces* absurdam esse lectionem plane apparet.

p. 26. In Ruf. I 98 T: Me tradente dolos gestus artemque nocendi, et in mg.: Meque etiam tradente dolos a r t e m q u e nocendi, C: quae sunt in margine, linea subduxit, M: Meque etiam tradente dolos a r t e s q u e nocendi.

Variam autem vix nomines hanc lectionem:

p. 185r. De Nilo 20 T: effrenis, C: infrenis, M: infreñis (sic).

Nihil porro disputandum est de illis locis, quibus quod scripserit Cuiacius non potest dignosci:

p. 124v. In Manl. Th. 203 T: cirnon, C: sy[illegible] (sic!), M: syrinum.

p. 158r. Laus Seren. 25 T: suum, C: rui (sic), M: uni.

p. 177r. Epith. Pall. 102 T: sumit. C: ſuuû___ (sic), M: reddit.

In his tribus lectionibus ipsam distortam scriptionem Cuiacii ostendere lectori non satis potui quia typotheta eos typos non habuit qui ipsum ductum imitarentur.

Restant ii loci, quibus quae adnotavit Cuiacius plane dissentiunt ab iis, quae habet codex Mediolanensis. sunt autem pauci atque tales, ut nostrum quod tulimus iudicium, codicem quem in exemplari Isengriniano Cuiacius contulerit, esse eundem atque illum Ambrosianum, haud sciam an abicias.

Et primum quidem ibi, ubi Cuiacius duplices lectiones optioni dedit, Eutr. II 156 *erit, eat*, Gild. 387 *facto, cerno* (cf. p. 16, 17), codex **M** habet *eat* et *cerno*; itaque alterum illud *erit* et *facto* aliunde sane transcripsisse debet Cuiacius.

Habes porro has lectiones Cuiacianas dissentientes a codice **M**:

p. 196r. Ad. Prob. 15 **T**: omnia, **C**: omina, **M**: oĩa (= omnia).
p. 65r. In Eutr. I 581 **T**: Prodigiumque et in mg. proditioque, **C**: linea subduxit ‚proditioque', **M**: prodigiumque.
p. 136r. Stil II 97 **T**: peccare, **C**: violare, **M**: peccare (cf. p. 18).

Primae duae Cuiacii lectiones etiam in aliis inveniuntur codicibus; tertiam sane non deprehendi nisi in ed. Aldina; inde itaque eam fluxisse credo. reliquas autem nulli codicum quos habemus ille debuit, ita ut aut coniecturae ipsius sint putandae aut ex ignoto quodam manuscripto, fortasse altero eorum quos adhibuit Claverius, depromptae videri possint. sunt autem hae:

p. 79. Bell. Poll. 152 **T**: primis sed messibus, **C**: sed primis messibus, **M**: primis sed messibus.
p. 80v. ib. 196 **T**: nunc, **C**: hunc, **M**: tunc.
p. 82v. ib. 309 **T**: pars, **C**: spes, **M**: pars.
p. 91v. III cons. Hon. 85 **T**: se pietas rudibus ostentat, **C**: se rudibus pietas ostentet, **M**: se rudibus pietas ostendit.
p. 175r. Epith. Pall. 13 **T**: pars, **C**: par, **M**: per.
p. 26r. In Ruf. I 77 **T**: Non nisi, **C**: Non si, **M**: Non nisi (cf. p. 16).
p. 35r. ib. II 176 **T**: lataeque, **C**: alteque, **M**: lateque (cf. p. 16).

Decem igitur tantum vel addito Eutr. II 156, Gild. 387 duodecim sunt loci, quibus quae Cuiacius in Isengrinii exemplari adnotavit plane dissentiunt a codicis nostri Ambrosiani lectionibus — quem minutissimum sane dixeris numerum, si ante oculos tibi posueris quadringentos fere illos locos, quibus concinit Cuiacius cum manuscripto nostro.

Quas discrepantias ut explicemus partim statui potest eum his duodecim locis alios libros inspexisse, partim suo Marte vel coniectando vel ex memoria lectiones illas intulisse.

Itaque satis demonstrasse mihi videor codicem illum Mediolanensem eundem fuisse, quem Cuiacius in libro Isengrinii contulerat. supra autem osten-

dimus alterum codicum quibus Claverius in edendo Claudiano usus est eundem esse atque illum a Cuiacio in exemplari Isengrinii adhibitum:

Alter igitur codicum Claverii noster Ambrosianus M fuit.

Quae conclusio quam vera sit illud egregium testimonium est, quod eae quoque lectiones omnes, quas p. 14—19 ex ipso Claverio congessi, in M revera extant (cf. p. 19), neque video quo modo quisquam sese ei subtrahere possit. iterum autem eam propono: Cuiacii marginalia mirum in modum cum lectionibus a Claverio prolatis congruunt; eadem ex codice M excerpta esse apparuit; atqui duobus tantum Cuiacianis manuscriptis Claverium usum esse constat: ergo codex M alter codicum Claverii non fuisse nequit.

Sed iis quae contendimus una res repugnat, quae primo obtutu ad nostram sententiam labefactandam aliquid valere videri possit. nam in Panegyrico de quarto consulatu Honorii Claverius ad versum 33 haec adnotat:

Ierne] Duobus manuscr. haec fulcitur lectio, neque opinor aliter scripsit hic poeta, quamvis ad hibernum aerem, qui glacialis aut frigidus, videatur alludere, quod ea mente non extulit. Hibernia quidem apud Caes. legitur, sed Iuvenalis dixit: Littora Iuuernae, quod proprius accedit: unde Ptolemaeo *Ἰουερνία*. Et vero Stephano et Straboni *Ἰέρνη* dicitur, quos Apuleius libro de Mundo secutus est.

Duos igitur manuscriptos *Ierne* habere Claverius dicit. sed in codice M *hyberne* legitur. itaque aut mira quadam incuria Claverius usus est aut codicem M omnino non cognovisse videtur! at certe alter codex illo loco *Ierne* habuit? falsam credo hanc sententiam eamque repellere conabor. neque enim ullus est Claudiani codex, ulla antiqua editio, in qua legatur *Ierne.* quin etiam a sermone latino hanc lectionem prorsus abhorrere existimo; nam apud Romanorum scriptores pro *Hibernia* nunquam invenimus *Ierne*[1]) (ne apud Apuleium quidem, ut adnotat Claverius, ita legitur; cf. Hildebrandii Apuleium de Mundo c. 7), quae Graecorum propria est lectio, ut ipse Claverius ex Stephano et Strabone comperit. quare pro certo habeo his graecis auctoribus eum illam lectionem debuisse et cum diceret *duobus manuscriptis haec fulcitur lectio* non Claudiani codices sed Stephani forte et Strabonis manuscripta vel editiones cogitasse vel adeo audacissimum hoc esse mendacium.

1) Legitur Hibernia apud Tacitum Agric. 24 et Ann. XII 32.
apud Caesarem Bell. Gall. V 13, 2.
apud Apuleium de Mundo c. 7.
apud Orosium I c. 2, § 75 et 80.
Iuverna apud Melam III 6, 6.
apud Iuvenal. II, 160 in codice P (Montepessulano) tradente manu emendatrice.
Iuberna apud schol. ad Iuvenalem.

Huic demonstrationi per lectionum maxime indices absolutae nihil addo nisi hoc. codex M ex Gallia Mediolanum venisse et olim Avenione fuisse ipse sese attestatur. itaque Cuiacius si eo usus est, comparasse eum sibi potest Avenione favetque illud huic coniecturae, quod notum est Cuiacium anno 1571 in Galliam Narbonensem eo consilio iter fecisse, ut codices antiquos ibi conquireret (cf. Berriat St. Prix apud Spangenbergium p. 56). redeo vero hoc loco ad id, quod in ipsa codicis descriptione p. 23 monui, Avenionis nomen ei inscriptum inveniri. ita autem res se habet. codex hic non primariam compaginem nunc habet, sed ea postquam dissoluta fuit novam et alteram passus est idque accidit fortasse saeculo XVI. in huius autem involucri parte interiore haec scripta sunt:

Claudianus contra Ruffinum.
De bello Gildonico.
In Eutropium.
Eiusdem Epitalamium in Nuptiis Honorii
Aug. et Mariae.
hunc codicem una cum multis aliis Aveni-
one vehendum curavimus
Eiusdem Claud. De Nuptiis Honorii
et Mariae.
De tertio Consulatu Honorii Augusti.
Panegyric in 4.ᵘᵐ et 6.ᵘᵐ eiusdem Ho-
norii Consulatu.
De bello Getico.
Et alia eiusdem. | *catalogus operum*
em Horatij Poetica | *claudiani.*
em Aratoris Snbdiaconi in Actus Apostoloru'

M 9. Sup.

Catalogum operum esse vides quae codex contineat. de eo autem haec observavi. tres variae manus haec scripsere; una quidem saeculi fere XVII catalogum fecit usque ad *De bello Getico;* eandem siglum *M 9. Sup.* addidisse puto; est autem ea sine dubio bibliothecarii cuiusdam Mediolanensis. alia manus non multo post addidit tres ultimos versus inde ab *Et alia.* rursus alia autem et illis ambis antiquior fuit ea, quae verba exaravit ***hunc codicem una cum multis aliis Avenione vehendum curavimus.*** haec manus saeculi XVI esse facile potest. patet itaque in illa involucri pagina primitus nihil extitisse nisi haec verba quae sunt de origine codicis, et cum postea operum catalogus

adscriberetur, verba illa impedimento fuerunt, quominus is continuo decurreret, sed interruptus est quasi invitus ipsa de Avenione adnotatione. quae adnotatio possessoris cuiusdam prioris esse potest, quandoquidem antiquior est quam catalogus a bibliothecario illatus; hoc eo veri similius, quia illa etiam antea scripta esse videtur quam illud siglum *M 9 Sup.*, per quod codex in Ambrosianam receptus est. hunc autem priorem possessorem porro privatum hominem fuisse inde fortasse concludas, quod publicae bibliothecae praefectus vix talia velut *vehendum curavimus* in codices intulisset nomine nullo addito (quis enim id curavit?), sed quadrat hoc magis fortasse in privatum, qui nomen suum tali in re certe omittere potuit.

Maximo opere autem doleo mihi de Cuiacio possessore suspicionem nondum satis firmatam fuisse, cum ego codicem conferrem; aliter eorum verborum imaginem accuratissime delineando imitatus essem. nunc non nisi ex vivida memoria affirmare mihi posse videor scripta ea esse simili certe charactere, quo manus I in Isengriniano exemplari usa est.

Ceterum de libris, quos iureconsultorum tunc clarissimus possidebat, parum adhuc constat; nam neque unde eos ille acceperit neque quo venerint post mortem eius satis adhuc inquisitum est. bibliothecae eius catalogum discipuli manu exaratum extare fertur in codice Parisino regio 4552 (Spangenberg. p. 176), sed qui iam anno 1573 conscriptus sit; codices manuscriptos numero 185 in illo enotatos esse docemur; postea vero eorum manuscriptorum copiam ita accrevisse ut anno 1590 quingenti enumerarentur (l. l. p. 61). post mortem clarissimi viri qui Biturigis (Bourges) obiit, quae eius librorum fata fuerint etiam minus exploratum esse videtur; traditur certe hoc publice sub hastam venisse eius bibliothecam (l. l. p. 56 et 60) et vili quidem pretio, atque ipsum Cuiacium in testamento bibliothecam iussisse post mortem suam venditione dissipari (p. 62 sq.), ‚ne tota in unius manum atque eius deveniret qui abuti posset d o c t i s m a r g i n a l i b u s', qualia in libris scribere ille solitus erat.

Haec fere de Cuiacii bibliotheca ex Spangenbergio [1]). Ceterum hac in deliberatione hoc quoque memoria sane dignum est tunc ipsum post mortem Cuiacii Ambrosianam bibliothecam esse conditam. qua de re inspexi P e t r i P a u l i B o s c h a e bibliothecarii ‚de origine et statu bibliothecae Ambrosianae' librum, qui inest in tomi noni parte sexta ‚Thesauri antiquitatum et historiarum Italiae' (Lugd. Bat. 1723). haec sunt, quae in eo libro invenerim ad

1) Spangenbergii de Cuiacio librum quantopere non sufficiat mea in quaestione dici, neque ille de Claverio illius studiosissimo sectatore ullum verbum facit nisi quod p. 252 Claudianeae editionis brevissimam mentionem inicit. multa, pusilla quidem, sed varia et non iniucunda ad vitam Cuiacii illustrandam per Persii et Claudiani commentarios dispersit Claverius, quibus vitae illius scriptor hodie uti debeat, composuitque talia Burmannus p. VIII sqq.; cf. quae ipse apportavi p. 13 sq.

quaestionem nostram pertinentia. anno 1607 Olgiatus Mediolanensis a cardinali Federico Borromaeo, qui non multo ante auspiciis Clementis VIII papae Ambrosianam bibliothecam condiderat, in Germaniam, Belgium Galliamque missus est, ut ubique libros manuscriptos quotquot fieri posset in usum bibliothecae recentis acquireret. quo munere fungens Ambrosianae ille praefectus primum Augustae Vind. moratus est, deinde Francofurti, ubi erant ‚nundinae, ad quas eunt non modo frequentes accolae, sed remotarum gentium mercatores propter emporii celebritatem' .... cum autem variarum nationum mercatores (ibi) eo tempore conveniant, emptori prostat quidquid pretiosi usquam est aut in Belgio aut in Galliis vel apud Germanos'. tum autem Olgiatus a. 1608 mense Ianuario in ipsam Lutetiam Parisiorum venit, ubi inter alios viros doctissimos ab Augusto Thuano, quocum Cuiacius familiarissime uti solitus erat, *perhumaniter* receptus est atque ubi *plurimos codices coemisse* dicitur. denique Lugduni, in magno illo bibliopolarum emporio, substitit ubi iterum multos libros comparavit decemque arcas his refertas inde domum se misisse ipse in epistula ad Borromaeum data testatur. Lugdunenses autem bibliopolas bibliothecae Cuiacianae fere maximam partem in auctione emisse fabula fuit (Spangenb. p. 60) eosque, quippe quos impigerrimos librorum conquisitores fuisse constet, non parvam certe eius partem in possessionem suam redegisse pro certo haberi potest, itaque hac in urbe codicem nostrum M Olgiato occurrisse veri non dissimile mihi videtur. quamquam potest id etiam accidisse Parisiis; nam de Isengriniani Claudiani exemplari olim Cuiaciano, nunc Gottingensi supra p. 9 ope Gesneri vidimus, id Biturigis Parisios translatum esse ibique Riverii ICti fuisse usque ad annum 1661. fortasse manuscripti Claudianei simul eo venerant. certe ipsa Avenione Olgiatus codicem M vix acquisiverat, nam in patriam redeuntem illam urbem eum non nisi tetigisse nullasque ibi fecisse emptiones ex Boschae libro colligo [1]). igitur si tum M Mediolanum venisse accipimus, adnotationem illam in codicis nostri involucro de Avenione additam non ab Olgiato tum inscriptam esse apparet. denique favet hoc nostrae coniecturae, qua contendimus Cuiacium codicem Mediolanensem M 9 sup. Avenione sibi acquisivisse.

Haec de varia codicis nostri fortuna quae potui eruere quaeque consideratione non plane indigna esse spero.

1) Quamquam enim Boscha p. 12 dicit ‚tres modo urbes in ea provincia (sc. Gallia) ad librorum conquisitionem exploratas fuisse reperimus' — quarum nimirum prima fuit Lutetia Parisiorum, altera Lugdunum, igitur tertia Avenio esse videtur — tamen hac in urbe Olgiatum codices non comparasse ex eo concludo, quod legimus p. 13: ‚ex Lugdunensi conquisitione profectus (sc. Olgiatus) est Avenionem: inde in Italiam reversus Taurini substitit'. si enim O. Avenione libros emisset, Boscha certe id narrare non omisisset.

Caput V.

De codice X vel altero codice Claverii.

Postquam igitur gravissimam quam modo feci conclusionem mihi concessisti, ita pergam, quo planior atque simplicior disputatio evadat, ut illum quidem de quo iam agebatur codicem nota M designem, contra alterum quem Claverius inter manus habuit codicem nota X.

Qui X Claverii quamquam periit, tamen quantum fieri potest diligenter tractari debet. nam cum satis constet duos tantum codices in edendo poeta Claverium adhibuisse, si omnes quas debuit codici M lectiones demimus, sine ulla dubitatione reliquae lectiones, quas ex manuscripto quodam se deprompsisse editor ipse in adnotationibus testatur, codici X sunt attribuendae.

Ac primum quidem omnes lectiones, quas in iis carminibus, quae codex M non continet, Claverius protulit, e codice X depromptas esse apparet neque tertius codex praesto fuit. obloqui tamen fortasse poteris de Raptu quem M non habet: hic enim sane nonnullis certe locis editor in adnotationibus duo codices commemorat (cf. pg. 3 sq.). igitur si praeter istos duos etiam codice M Claverius usus est, qui Raptu caret, sequitur omnino tres Claudiani codices, non duos eum adiisse. sed haec res, cuius difficultatem haudquaquam ignoro (nam certe in Praefatione se non nisi duos habuisse Claverius attestatur), tamen non valet ad repellendum nostrum quod tulimus iudicium. nam Raptum raro in Claudianeis codicibus antiquis, sed saepius vel separatim vel in aliorum scriptorum manuscriptis tradi solere constat, id quod aliquot exemplis probandum mihi erit, quae prompta sunt ex Birtii collectaneis et praecipue pertinent ad libros Italicos. et codices quidem tales, qui carmina politica contineant sine Raptu, sunt hi: Vaticanus 3289 saecl. XIII, Chisianus H VI 212 saecl. XIII, Laurentianus XXXIII 5 saecl. XIII, Laurentianus XXXIII 6 saecl. XIII, Florentinus VII 144 saecl. XIII, Borbonicus IV E 47 saecl. XIII, Vaticanus 5157 saecl. XIV, Chisianus H VII 236 saecl. XV, Laurentianus XXXIII 7 saecl. XV.

Coniunctum Raptum cum politicis non invenimus nisi aut in codicibus recentissimis (sicut in Vaticano 2809 saecl. XV, in Vaticano 2808 saecl. XV, in Urbinate 657 saecl. XV, in Laurentiano XXXIII 1 saecl. XV—XVI, in Laurentiano XXXIII 2 saecl. XVI) aut ita, ut postea additus videatur, quod apertissimum est in Vaticano optimo; simile est, quod in Bononiensi 2221 saecl. XIII spatium vacuum ante Raptum relictum est, ita ut hic aliunde ascriptus esse videatur, et quod in Laurentiano XXXIII 4 saecl. XIII post politica primum ab alia manu additus est Panegyricus in Olybrium, tum ipse

Raptus a prima ille quidem manu, tamen adiectus. ita in Parisino lat. 8082 (Π) Raptum postea praefixum esse produnt quaternionum numeri.

Id deinde rarissime accidit neque nisi in recentissimis libris, ut solo Raptu manuscriptus efficiatur; sunt autem hi: Reginensis 1369 saecl. XV, Corsinianus 43 C 25 saecl. XV, Corsinianus 43 D 36 saecl. XV, Laurentianus XXXIII 8 saecl. XV.

Saepissime autem per medium aevum ita Raptus tradi solet ut in libris miscellaneis qui dicuntur inveniatur. septemdecim enim codices huius generis mihi enotavi, e quibus hos memoro: Palatinus 1573 saecl. XIII pars II, ubi Raptui antecedit Statii Achilleis; Barberinus VIII 41 saecl. XIII, in quo haec: Prologus Theodosii, Maximianus, Raptus; Reginensis 1440 saecl. XIII, in quo Cosmographus quidam, anonymon carmen elegiacum, Raptus, Seneca de paupertate, similia; Vaticanus 1663 saecl. XIV, in quo liber Catonis, Avianus, Maximianus, Statii Achilleis, Raptus. aliud exemplum, quod casu arripio, est codex Gudianus n. 228 saecl. XIII—XIV, qui continet Ovidii ep. ex Ponto, Statii Achilleidem et ipsum Raptum (cf. ed. Ieep. I, p. LV) addoque Antverpiensem n. 71 saecl. XIII in Achilleide et Raptu se continentem, quibus postea adfixa sunt alia ad Ovidium pertinentia.

Quae cum ita sint, sic statuo, ut existimem Claverium fortasse ad edendum Raptum, quem in M non inveniebat, aliquem eorum quos modo dixi codicum miscellaneorum in usum vocasse. itaque si ille sicut autumo duos Claudiani' codices et unum miscellaneum habuit, qui nullo iure codex ‚Claudiani' nominari poterat, non nimis mirari debebimus, quod Claverius in Praefatione codices Claudiani duos memoravit, librum miscellaneum oblitus est. accedit quod in edendo Raptu re vera non nisi duos inspexit; tertius enim M Raptum non praestitit.

Et sane quidem facile credi licet Claverium, qua fuit celeritate admirabili, non satis observasse alterum codicum Cuiacii alium in Raptu alium in reliquis carminibus fuisse; constat enim eum hosce codices non vidisse nisi duodecim vel quindecim annis ante suam editionem (cf. p. 2)! unde veri simillimum esse dico Claverium, dum editionem ipsam conficit, non nisi excerpta ex codicibus possedisse partim Cuiacii partim fortasse sua ipsius manu facta (cf. p. 2; 6; 20); quod si verum est, id facile e mente excidere ei potuit alterum codicem in Raptu non eundem fuisse atque in reliquis carminibus.

Sed cum et codicem X et alterum illum, quem miscellaneum fuisse conieci, ignorem, lectiones, quae soli codici X debentur, in Raptu quidem separare nequeo.

Omnes vero lectiones ceterorum carminum, quae M non habet, — sunt autem carmina in Olybrium et Probinum, Laus Herculis, in Sirenas, Laus

Christi, Miracula Christi — ad codicem X sine dubio respiciunt. quarum enumeratione hoc loco non opus est, cum iam supra a me sint congestae (p. 7).

Restat ut hoc ultimo qui sequitur indice omnes eas lectiones comprehendam, quae in reliquo corpore carminum codici X sunt attribuendae atque — id quod magni est momenti — haud raro criticis perplacuerunt ideoque reputatione dignissimae videntur. quare utile esse existimo hoc in indice etiam ad eos codices respicere, quorum lectiones congruunt cum illis nostri X. eos autem dico codices, quos ad novam suam Claudiani editionem mox prodituram Theodorus Birt in usum vocavit, quorum notas, quibus ille usus est, ego retinui. sunt autem hae:

V: codex Vaticanus n. 2809 membr. saec. XII.

P: codex Parisinus lat. 18, 552 membr. saec. XIII.

C: codex Bruxellensis n. 5381 saec. XI.

Em: excerpta Florentina margini editionis Vicentinae adscripta.

E: eiusdem manus, cui debentur excerpta Florentina, correcturae in eodem Vicentinae exemplari extantes.

Δ: editio Vicentina.

(*Δ*¹: manus prima ab Em et E diversa in eodem Vicentinae exemplari.)

(*Δ*²: manus ibidem secunda, et quidem quae eadem fuisse videtur atque Em et E.)

Π: codex Parisinus lat. 8083 membr. saec. XIII.

B: codex Neapolitanus Farnesianus IIII E 47 membr. saec. XIII.

A: codex Ambrosianus S. 66 sup. membr. saec. XV.

ε: excerpta Gyraldina in margine Aldinae exemplaris Lugdunensis 757 G 2.

ω: codicum supra enumeratorum (praeter Em et E et *Δ*¹ *Δ*²) consensus.

ς: codices deteriores.

Iam vero ipsas lectiones sic ut comparavi exhibebo; omisi talia quae prorsus incerta mihi visa sunt velut quae ad Torp. 10 Claverius adnotat.

Lectio codicis X	Alii codices consentientes
In Ruf. I 65. vexare	Δ^2 C Π P
124. Ulyxes	ω
154. citavi	
198. solium Croesi	C Δ^1
329. bimembres	
306. egelidae	
pf. II 12. et geticam	Δ^2 V C
II 38. Delmatiae	
109. herbida	Em V
358. hamatur	V^2
382. Archadium	
396. verberibus	Em V P C
399. dispicit	
406. libaverit	Em ς
In Eutrop. I 20. divum	
23. sic omnia volvis	
35. nudatus	ω, excepto A, in quo ‚mutatus'.
110. lassata [1])	C
136. demisit	Δ ς
151. habundanti	ω; sed h non habet nisi B
193. quae parvis excita	
250. Flos Syriae fervit spoliis	Fl.S. servit B A
301. onerare	V C P B
478. fastus	ε
513. addictus	C A Δ
pf. II 4. in domino	
9. illatas	Π^2
II 81. conviva et domini	

Lectio codicis X	Alii codices consentientes
In Eutr. II 98. ancyra	Em V
153. grutungis	E (gruthungi[...] V C)
255. liciis	
341. aurigarum; in mg. aurigandi	aurigarum ω
416. ancyrani	E C V
451. contexti — penetrat	
Bell. Gild. 31. araxem	ε Π B
60. subiit	subit B
418. herculiam	
507. humanaeinspeciem	ς
518. sulcos	V C P
519. olbia	V A
521. calaris	
Bell. Poll. X habuit titulum ‚De victoria Stilichonis contra Alarichum' (?).	
pf. 7. ahenam	E C
18. monitus Iovis [2])	monitu ς
74. Othryn	ε
77. Adspice Roma	ω, sed ‚aspic[...]
218. Sardoos	
220. diffusa	P B
259. ore sub	C Π P B
274. pectore	ς
463. delectus	A P^2
483. at tremulos	Δ
576. Tegeen	ς
583. Alanae gentis praelatus	
586. incisa	

1) Claverius scripsit in textu *lassata* et adnotavit: *Sic habet quidam vetus lib[...] est tamen qui habet Laxata.* codex M autem habet *lapsata.* dubium igitur videri potes[...] utrum *lassata* an *laxata* codici X sit attribuendum. tamen illud *est tamen qui habet* sp[...]ciem prae se fert quasi aliunde, non ex altero codice haec nota hausta sit; aliter enim cer[...] *alterum codicem* Cl. indicasset.

2) Error sane typothetae; nam in textu Claverius praebet *monitu;* itaque idem e[...] vetere enotare voluit.

Lectio codicis X		Alii codices consentientes
Bell. Poll. 610.	Valentis	
642.	aberat in X	
pf. Nupt. 13.	At Satyri	
ib.	notant	
7.	finxit	ς
25.	laeva	Λ
108.	quodcunque	Λ ε
151.	toris	thoris Π P^{2} B
169.	doto	E V^{1} A
183.	lanigeri suis	V
Epith. Pall. 2.	susceperat	
5.	et mites undatim	
72.	celeris de	
74.	domitas ad Parthica flumina Carrhas.	similiter A.
101.	praelis	P
III cons. Hon. 2.	terque suas	ς
48.	perducere	A B
49.	in mg. potare	P^{2}
142.	cunctos	Π^{2} A P^{2} B
IV cons. Hon. 330.	protectaque	plerique
402.	Meti	plerique
499.	avido sector	ε
636. 637.	deerant in X	ω hos versus in unum contrahunt
VI cons. Hon. 4.	reparatur	V P
12.	annus	plerique
361.	(Dissimulata etc.) deerat in X	
In cons. Manl. Th. pf. 7.	lumina	
Laud. Stil. I 66.	virgatas figere tigres	A E
95.	promoti	V P
252.	Gir	V A P^{2} B

Lectio codicis X		Alii codices consentientes
Laud. Stil. I 355.	Mazaz [1]	
III pf. 15.	victor	
97.	Ammonis domitae gentes	
284.	deerat in X (Parent etc.)	
356.	terrena	
365.	pronos	bronios ς unus
369.	insolitas	
Laus Ser. 25.	Penelope decus ausa suum	
87.	gremiis redolentibus Horae	
193.	culmine	
Epist. ad Hadr.	X habuit hunc titulum ‚Excusatio pro se ad Stiliconem'	V ‚incipit excusatio pro se'; subscripsit ‚Cl. Claudiani satisfactio pro se aput stilicho explic̃.'
ib. 27 et 28.	X principia horum versuum usque ad hephthemimeren transposuit.	
De Nilo 20.	Cirenus	
Phoenix 95.	myrrhata	
98.	penitus	
Aponus	X habuit titulum ‚De Aponi fonte'	
12.	tot populi provocat ora locum	‚populi' X solus habet. provocat ora = V M; provocat ora locum = E
Ad Aeth. 20.	quidquid ab ore pluet aut fluet	
Carm. pasch. 16.	mancipii	
19.	tellure	

1) *Mazax* plerique; *Mazas* A et ut videtur B. fortasse *Mazaz* ex *Mazas* ortum est, nam s finale saepius distrahitur scribendo, quod in B factum est.

Lectio codicis X			Alii codices consentientes	Lectio codicis X			Alii codices consentientes
De Mul. Gall.	18.	mentisonora [1]		V	8.	Et lapis est merito quod fluit estque silex	
In Cur.	9.	ut quas		Ad Olybr.	19.	remoraturus	ς
In Iac.	10.	Romanęque gerant			24.	Et tibi dedecori scribere? Musa vale.	Voss. Jeepii
De apro	4.	utrique		Descr. armenti	10.	prodidit	E
Ad Seren.	1.	primae lumina taedae	primae taedae = V E; lumina solus X		12.	praestarent	
De muner.	15.	urgens	P	De quadriga	6.	iacit	
De cryst. I	4.	mistis [2]		De Polycaste	3.	puerum	
II	1.	Nymphae	Nimphe Voss. Jeepii				

Caput VI.

De Claudiani operum catalogo quem et Claverius tradidit et codex Ambrosianus.

Eis quae antecedunt, satis muniisse sententiam meam arbitror, codicem M olim fuisse Cuiacianum et a Claverio expilatum. qua sententia nisus suscipere potui codicis X, melioris Cuiacianorum, lectiones omnes definire et in uno conspectu proponere.

Unum autem praeterea et satis quidem grave et singulare adiumentum, quo illa quam dixi de M sententia firmetur, nobis praesto est, quod separata indiget tractatione proptereaque adhuc sepositum est.

In ultimis enim duobus foliis codicis Ambrosiani M, qui in textu ipso inscriptiones non habet [3]), a manu ea, quae totum scripsit codicem, index

1) Claverius adnotat: Multi sonora] in vet. codice dictio erat quasi obliterata, ita ut menti sonora potius legisses.

2) Falso igitur Jeepius ‚mixtis' ad Scaligerum rettulit.

3) Haud enim pro inscriptionibus haec habeas, quae post Bellum Poll., ultimum carminum maiorum, manus I addidit: *Explicit de titulis theodosiorum honorii et stiliconis. Andreas scripsit cui prospera queque dies sit.* qui nimirum non Belli Poll. titulus est, sed ad totam collectionem carminum pertinet. et quidem post haec verba paginae fere dimidium vacuum relitum est sequunturque in folio proximo carmina minora, scripta quidem ab

operum Claudiani additus est, id quod rarissime fieri solet neque pro nihilo est aestimandum. — totum indicem appono:

Haec sunt opera claudiani

Inpfcm	*libri III*	*Raptus proserpine*	*Inventa secuit*
	libri II	*In rufinum*	*Phebeo domitus*
Inpfcm	*libri I*	*In gildonem*	*Redditus imperiis*
		De bello pollenciaco	*Post resides annos*
I'pfcm		*De gigantomachia*	*Terra parens*
	libri III	*De laudibus stiliconis*	*Continuant superi*
	libri III (sic!)	*In eutropium*	*Semiferos partus*
		Epithalamium honorii	*Princeps chorusco*
		Panagiricus honorii de tertio consulatu	*Tercia romulei*
		Panagiricus de quarto	*Auspiciis iterum*
		Panagiricus de sexto	*Aurea fortune*
		Panagiricus manlii theodori	*Audebisne precor*
		Epithalamium palladii et celerine	*Carmina per thalamum*
		Laus serene	*Dic mea calliope*
versus	*LXII*	*Epistola ad serenam de nuptiis*	*Orphea cum primum*
versus	$\overset{or}{XXIIII}$	*Epistola ad olibrium*	*Quid rear affatus*
versus	*XVIII*	*Epistola ad probinum*	*Q' precor inter nos*
versus	*LVIII*	*Excusat'o pro se ad stiliconem*	*Usque adeone tue*
versus	*VIII*	*Epistola ad genadium expro9sule'*	*Ithalie commune decus*
versus	*XIIII*	*Epistola ad iacobum magistrum equitum*	*Per cineres pauli*
versus	*X*	*In curetium*	*Fallaces vitreo*
versus	*VIII*	*De eodem curetio*	*Si tua cureti*
versus	*XX*	*Epistola ad aletium quaestorem*	*Sic non ethiopum*
versus	$\overset{or}{IIII}$	*In quendam qui carmina culpabat*	*Q' tibi compedibus*
versus	*II*	*Ad maximum*	*Dulcia dona*
versus	*XX*	*Laus salvatoris*	*X p̄e potens rerum*
versus	*CX*	*De phenice*	*Occeani summo*
versus	$\overset{or}{LIIII}$	*De magnete*	*Quisquis sollicita*
versus	*XLII*	*De cristallo*	*Possedit glacies*
versus	*C*	*Aponus ł de aquis patavi*	*O fons authenoe*
versus	*XLIII*	*De nilo*	*Felix qui pharias*
versus	*XLVIII*	*De histrice*	*Audieram memorande*
versus	*XLVIII*	*De statuis fratrum siculorum*	*Aspice sudantes*
versus	*XX*	*De mulabus gallis*	*Aspice morigeras*
versus	$\overset{or}{IIII}$	*De apro et leone*	*Torvus aper*
versus	$\overset{or}{IIII}$	*De concha*	*Transferat huc*

eadem manu I, tamen fortasse ex alio exemplo vel aliquanto post addita, id quod ex ipsa quam modo dedi Andreae subscriptione concludere licebit. ceterum ne quid omittam a manu II post Praef. in III cons. in margine adiectum est *de tercio 9sulatu honorii* et ante *ro*
IV cons. item in margine *de IIII 9sulatu honorii*.

versus	*XV*[1])	*De clamide*	*Non semper clipei*
versus	*XV*	*De equo dono dato*	*O felix sonipes*
versus	*XII*	*De zona equi regii*	*Accipe parva tue*
versus	$\overset{or}{XXIIII}$	*De torpedine*	*Quis non indomitam*
versus	$\overset{or}{XIIII}$	*De spera archimenidis*	*Iupiter in parvo*
versus	$\overset{or}{IIII}$	*De birro*	*Nominis umbra man*
versus	$\overset{or}{IIII}$	*In sepulcrum speciose*	*Pulcris stare diu*
versus	$\overset{or}{IIII}$	*De balneis quintilianis in via*	*Fontibus inliquidis*
versus	*XXII*	*Epigrama de sene veronensi*	*Felix qui propriis*
versus	*V*	*Descriptio portus mirnensis*	*U$\overset{r}{u}$bs in conspectu*
versus	*XII*	*Descriptio armenti*	*Non tales speres*
versus	$\overset{or}{IIII}$	*De ira*	*In iaculum quodcum*
versus	*VIII*	*De quadriga marmorea*	*Quis dedit innumeros*
versus	*VI*		*Quid non sevus amor*
versus	$\overset{or}{IIII}$	*De mallio et phario*	*Mallius indulget*
versus	$\overset{or}{IIII}$	*De se quod semper versus loqueretur*	*Quicquid castalio*
versus	$\overset{or}{IIII}$	*De locusta*	*Horret apex*
versus	$\overset{or}{IIII}$	*De paupere amante*	*Paupertas me seva*
versus	$\overset{or}{IIII}$		*Est procul ingenti*
		Panagiricus aniciorum	
		De lanario	
		De dulcio	
		e thalamium (sic!) *laurentii*	
		Laus liberi et laus martis	
		De iunonalibus	
		De ippotamo et cocodrillo	
		De aquila	
	vacat	*De cethera*	vacat
		De ysidis navigio	
		De irundine	
		De mergo	
		De cereo	
		De vitulis marinis	
		De paupere singulari	
		De ape.	

Hunc indicem disputationi nostrae inserendum putavimus, quia — ut i supra dictum est — pauci tantum Claudiani codices operum indices praebe et rei quidem librariae antiquae amatores attendant velim ad primam indi columnam, in qua stichometricos numeros scriba addidit: quae res etiam a

1) hic in aliam paginam transitur.

le causa non est neglegenda; nam facile summoque iure conicias poematia ultima inde ab *Fanagirico aniciorum* usque ad *Apem*, quippe quae in catalogo et versuum enumeratione et verbis initialibus careant, librarium non ante oculos potuisse habere, sed titulos tantum eorum ex exemplo suo deprompsisse.

Iam vero, ut a Claverio exordiamur, primum observatur in adnotationibus eius bis citari operum quendam indicem. dicit enim ad carmen De Perdicca: *Hic titulus aliter conspicitur in vet. codice et in Indice, nempe de Policaste et Perdice* et ad poemation ‚De zona equi Archadii' adnotat: *Serena soror adoptiva Arcadii Imp. Orientis: ei mittit zonam equo aptandam, quod pauci adverterant: nam in Indice operum Claudiani ita scriptum erat De phaleris equi Honorii: neque vero misit phaleras.*

Quibus ex locis non concludatur necesse est in X ipso catalogum operum extitisse; potest enim Claverius in his editionis alicuius respicere indicem velut Isengrinianae, ubi sane non *Perdice* sed *Perdica* legitur, sed cetera congruunt. neque nimirum ex M haec sumpsit, quippe ubi et carminis De Perdicca titulus desit et alterius poematii inscriptio legatur *de zona equi regii.*

Praeterea autem in folio paenultimo editionis suae — ultimo continentur ‚Summa privilegii' et ‚Series temporum' — a Claverio exhibetur: *Index operum Cl. Claudiani iuxta receptas editiones, quamvis manuscr. quaedam, Colinaeus et Plantinus aliter se habeant, addita annorum designatione ut cuiusque poematis ordo historicus pateat.*

Totum indicem quem deinde subnectit Claverius quemque hic iterare non refert, ita sicut est, num ex X sumpserit editor, valde dubium esse videtur. dicit enim *iuxta receptas editiones*, atque ordo ipse carminum prorsus idem est atque in eo indice, quem habet Isengrinius. quodsi hunc Claverii catalogum cum Isengriniano accurate contulerimus, non nisi paucorum carminum titulos dissentire observabis. consectarium est Claverium Isengrinii quidem catalogum expressisse et iterasse; ubi autem variant inscriptiones, eum verba mutasse ex X non incredibile est. tituli autem, in quibus Isengrinium non secutus est, sunt hi: *De sene agri Veronensis. De Magnete*[1]). *De apono fonte. De Nilo. De Locustis. De phaleris equi Archadii. De Byrrho et Castoreo. Descriptio portus Saronensis. De Polycesta et Perdicca.*

Concludimus igitur haec carmina ita inscripta fuisse in X, atque firmatur haec coniectura eo, quod in adnotationibus Claverius testatur extitisse in X: *De aponi fonte*[2]). *De Locustis. Descriptio portus Saronensis. De Polycesta et Perdicca.* Itaque etiam reliquae quae dissentiunt ab Isengrinio inscriptiones in X extitisse videbuntur.

1) Sua verba addit Claverius *sive statua Martis et Veneris.*

2) Quod scripsit in indice suo Claverius *De apono fonte*, nihil nisi lapsus calami videtur esse sive mavis error typothetae.

Iam vero, postquam eorum carminum quae ediderat titulos Claverius enumeravit, idem in reliquo folii spatio, ne vacuum remaneret, háec addidit:

ERANT PRAETEREA IN VET. CODICE ET

Schedis Gnosianis multa et varia opuscula neque bella satis, neque genuina, meo iudicio, qualia sunt haec praecipuè.

PAnegyricus amicorum.	*De Cithera.*
De Lauacro.	*De Igidae nauigio.*
De Dulcio.	*De hirundine.*
Epithalamium Laurentij.	*De cereo.*
Laus Martis.	*De vitulis marinis.*
De vinalibus.	*De paupere singulari.*
	De ape.

Sic fortè pulex, vetula, Philomela Ouidio nil tale merito adscripta, nam et Aetnam, quae in alio manuscripto, probare non ausus est Lilius. ac facile coniicio horum partem in ripa fluminis natam esse. unde illa suspecta in Panegyri Amicorum

Principio generis simili nos stirpe creatos
Florentis Florique patris.

Sed haec non adeò cuiuis dissona videantur aut aliena ab hoc poëta.

DE AQVILA.

MEnsa coloratus Aquilae iuuatur in alis
Quam florum distinguit honos: similique figura,
Texitur: implumem mentitur gemma volatum.

LAUS LIBERI

Lenis, vitisator, proles Semeleïa Bacche
Da reditum nobis sic totis dulcia verbis
Mella fluant totis spumet vndemia et labris.

DE HIPPOPOTAMO
& Crocodilo

UT quae foecundo nutritur bellua Nilo
Quaeque necat morsu quaeque sub ore fremit.

Plura non libuit addere vt neque Claudiani Mamerti carmen contra vanos poëtas, de quo alicubi egimus.

Haec ex Claverio ne frustra me expressisse putes. Nam ex huius paginae aspectu quae colligi possint, plura sunt. et primum quidem mirum in modum eius titulorum ordinem conspirare vides cum indice in M exeunte. sed similitudines tales sunt, ut de iis verba facere supervacaneum sit. differunt autem primum in eo, quod alter scripsit *Panegyricus aniciorum*, alter *amicorum*

uter titulorum verior sit, dubium esse non potest. turpiter nimirum erravit Claverius; hunc autem quem recuperavimus Panegyricum Aniciorum noli alium esse putare atque Olybrii et Probini Panegyricum. ne contra dicas Claverium iam in priore catalogi parte attulisse *In consulatum Aniciorum*; nam hanc partem Isengrinio debitam esse iam antea diximus. scias autem in ipso hoc Panegyrico 8 et 21 Claverium testari non *Auchenios* sed *Anicios* in vetere codice dictos esse Probinos (cf. p. 7).

Ceterum Claverius qua utitur celeritate sub finem paginae versus de Florente et Floro, qui sunt nimirum ex Epithalamio Laurentii, adfert ex Panegyrico amicorum, aperto errore, nam Epithalamium Laurentii ei notum fuisse ipse index testatur.

Facilius explicatur, quod in indice omisit Claverius titulos *De Aquila*, *Laus Liberi*, *De Hippopotamo;* ipsa enim haec poematia plena in fine additurus fuit.

Quod autem *De Mergo* titulum, quem habet M, ille omisit, fortasse incuriae eius tribuere sufficiet.

Supersunt difficultates hae: ubi enim alter habet *De Lanario* alter legit *De Lavacro*, ubi alter *de Iunonalibus*, ibi alter *De Vinalibus*.

Primo obtutu facile pronus sis ad coniciendum permagna illa Claverii celeritate factum esse, ut pro *lanario* legeret *lavacro* et *vinalibus* pro *iunonalibus*. sed falsa haec conclusio; quatuor enim illi tituli sunt iustae carminum inscriptiones, quae Claudiani nomine traduntur. cum igitur quatuor haec poematia in codice M desint, Claverius autem ea, quorum indicat titulos, carmina ipse se ante oculos habuisse testetur, non est quin accipiamus codicem X De Lavacro et De Vinalibus carmina continuisse.

Quam coniecturam egregie hoc confirmatam intelleges.

In codice enim Vaticano 9135 sive Schedis Peirescianis [1]) folio 262 haec leguntur:

Ex veteri cod. Cuiacii,
Quae reperi etiam apud Gnosium.
(inquit Stephanus Clauerius
in suo Claudiano.)
Incerti auctoris

1) vocantur autem hae schedae Peirescii nomine, viri doctissimi Francogallici, qui c. annum 1600 apud Batavos studiis deditus moratus est et multos libros describendos curavit.

Sequuntur undecim haec carmina, quorum titulos tantum ex ordine transferam:

De Isidiae navigio [vel Isidis]. De Lauacro. De Vinalibus. De Cythera. De Cereo. De aquila. De Marte [vel ad.] De Baccho [vel ad Bac.] De Hyppopotamo. Ad maximum. De Dulcio.

Codici X igitur Claverius debuit duas illas inscriptiones, quas omissis illis *De Lanario* et *De Iunonalibus* in lucem edidit.

De titulo autem *De Isidis navigio* verbis vix opus est; neglegenter enim legisse Claverium qui scriberet *Igidae* iam plane apparet.

Sed ut qua fuerit ille socordia, dilucide intellegas, pauca haec adfero. tanta in legendo aut in scribendo celeritate usus est, ut scriberet in poematio ‚De aquila' *coloratus* pro *coloratis*, *iuvatur* pro *sinuatur*; in poematio ‚De Baccho' *vndemia et labris* pro *vindemia labris.*

Iam breviter comprehendere mihi liceat, quae ex hac indicum comparatione, quam instituimus, concludi possunt.

Claverius post indicem eorum, quae ediderat, carminum ex Isengrinio — ut supra demonstravimus — expressum aliorum quorundam carminum, quae Claudiani nomine tradita inveniebat, mentionem sibi esse faciendam existimavit. qua in re ordinem, quem habuit index codicis Ambrosiani M, eum retinuisse commutatis illis duobus *De Lavacro* et *De Vinalibus* titulis videmus; alterius enim codicis X ordinem plane a Claverii catalogo dissensisse ex Schedis quae dicuntur Peirescianis satis apparuit. ut autem parvum quod in folio reliquerat spatium expleret, nonnulla poematia plena edidit, quorum inscriptiones ideo in indice suo omisit.

Denique quod *De mergo* titulum, quem habet M, apud Claverium desideramus, soli eius incuriae attribuendum esse nemo est quin concedat.

Itaque hac ipsa indicum comparatione non minime fulciri credo ea, quae hac disputatione demonstranda mihi proposueram: codicem Ambrosianum M 9 sup. alterum fuisse, quo Claverius in edendo Claudiano usus est.

Caput VII.

De codicis X auctoritate et pretio.

Tandem ad codicem X revertor. eius postquam lectiones omnes in capite V collegi, nunc meum esse existimo, de hoc, quem tandem eruimus et ab M distinximus, codice iudicium ferre, quid ad textum emendandum valuerit. quod ita instituam, ut locos omnes singillatim recenseam. quo in munere cur Raptus lectiones neglegam, supra satis indicatum est; item in carminibus illis rarissimis, de quibus pg. 7 dictum est, quid X valeat minus curo, quippe in quibus reliqui codices desint, qui certam cognationis et pretii mensuram praebeant.

Et primum eos locos separemus, quibus X cum aliis manuscriptis plane congruit, id quod ex ipso indice p. 44 sq. facile apparebit. his autem in locis partim peiores libros sequitur partim optimos, ita ut etiam rarae lectiones nonnullae ei communes sint cum V vel E vel C.

Itaque meliores sequitur in his:

Ruf. I 65; II praef. 12; II 98, 396; Eutr. I 35, 154, 301; Gild. 518, 519; Poll. 7, 259; Nupt. 151, 169. III cons. 142; IV cons. 330, 402; VI cons. 4, 12; Stil. I 95, 252; Ep. ad Ser. 1 *(primae taedae)*; in titulo Epistulae ad Hadrianum. Quod deerant in X IV cons. 636 et 637, sane desunt in ω verba *fluctus alpinos genitor rupit te consule.* conieceris etiam in X rem ita se habuisse. Denique in orthographicis consensus apparet locis: Eutr. II 98, 153, 416; Gild. 31.

Cum deterioribus congruit X his locis:

Ruf. II 358; Eutr. II pf. 9; Gild. 507; Poll. 18, 220; 274, 463, 576. Nupt. 7; Ep. Pall. 74, 101; III cons. 2, 48; Cristall II, 1; ad Olybr. 19, 24 et Eutr. I 250 *Flos Syriae fervit,* in quibus *fervit* ex *servit* typothetae errore depravatum esse opinor.

Accedunt hae lectiones rariores quibusque codex noster plerisque praecellere videtur:

Ruf. II 109 ubi de lectione *herbida*, quamvis rarus hic usus loquendi sit, dubitari non potest.

Ruf. II 406 ubi *libaverit* solus noster, sed *E livaverit* quod eodem tendit.

Eutr. I 513, ubi X quod habuit *addictus*, lectio haec rectissima videtur et rarissima. nam quod legitur *ensis addictus,* intelligendus est ensis addictorum, qua de re consulere mihi licuit Birtii ad locum adnotationem. similia collegit Vahlen in Sitz.-Ber. d. Berl. Ak. 1883 II p. 1177, cf. Mayor ,Thirteen sat. of Iuvenal' I 446.

Gild. 60 *subiit* insignis lectio videtur, quod in nullo legitur praeter B neque hic habet nisi *subit.*

Bell. Poll. 74 de *Othryn* consentiunt soli X et *ε*, quod aperte falsum est. affine est quod B habet *otris.*

Nupt. 183 *Lanigeri suis.* haec rursus pretiosissima scriptio est; cf. V.

III cons. 49 vitium plurimorum codicum commune *portare* etiam X habet, sed in mg. *potare*, praeclare. prorsus item P *potare* ex *portare* correxit.

IV cons. 498 *avida sector* praeclare etiam hoc.

Stil. I 66 *virgatas figere tigres* hoc quoque unice verum esse concedes.

Descr. arm. 10 cum uno E legebatur: *Qui crimen matris prodidit ore novo,* reliqui omnes *condidit.* illud placuit Heinsio et plerisque; dubitari tamen possit, num *condidit* quia difficilius est, eo magis videatur Claudianeum. quod qui reputabit, ei commendo locum Propertianum, fortasse non casu similem, III, 19, 16: *arboris in frondes condita Myrrha novae.*

Ruf. II 382 quod habet X *Archadium* pro *Augustum*, hoc quidem apertum glossema est, quod tamen etiam invenitur in Isengrinii margine. item Ruf. II 366 Isengrinius *Archadium* posuit pro *Augustum.*

Et in his quidem quae adhuc tractavimus nihil miri invenies.

Econtra lectiones codicis X, quas nunc afferam, magnam quandam apud me moverunt suspicionem, quam silentio praeterire nequeo. quod primum ea de causa factum est, quia tam magnus numerus lectionum solo in hoc codice servatur, deinde quia ita illae se habent, ut multas earum consulto a librario interpolatas esse fortasse mecum conicias.

Ac primum leviora quaedam et quasi lapsus calami componam. talis error est, quod versus VI cons. 361 et Stil. III 284 omisit X; item quod ad Mul. Gall. adnotavi; nam *menti sonora* nihili est; Eutr. II pf. 4. II 81 (ubi C *cōvivant*, P[1] *cū vvā domini*, P[2] *cō*); 521 *calaris* pro *caralis* item paene orthographicus error talis quo pater Thucydidis pro *Ὄλορος* nonnunquam dicitur *Ὄρολος*. Nupt. 25 *laeva* pro *laena* facili errore. item Stil. II 356 *terrena* pro *tyrrhena.* De apro 4 *utrique.*

Aperte falsas hasce ascribo. nam quis defendet Ruf. I 366 *egelidae.* II 399 *dispicis.* Eutr. I 193 *quae parvis excita.* Bell. Poll. 483 *at* pro *et.* Ep. Pall. 72 *Celeris de* pro *Celerine.* Stil. III pf. 15 *victor.* 365 *pronos.* 369 *insolitas.* Nil. 21 *Carraeus* sive *Cirenus* [1]). Phoen. 89 *penitus.* ad Aleth. 20

1) Claverius in Miscell. c. XIV ex v. c. *Cirenus;* idem contra in adnot. *Carraeus* ex vet. Cuiacii, quod fortasse fluxit ex M qui habet *Girreus;* aliter hic errasse Claverium statuendum videtur.

quidquid ab ore pluet aut fluet prave interpolatum est. in Iac. 10 *Romanaeque gerant prospera Thecla manus*, ubi *prospera* pro accusativo, *Thecla* pro vocativo sumpta esse videntur.

Audacis interpolatoris speciem multae inter has lectiones praebent; sequuntur haec item falsissima:

Ruf. II 347 *novandi*] certe librarius elegantem illum iocum Claudiani non intellexit. nam duplicem habet sensum quod traditur *movendi iuris.* agitur enim de Hosio, qui et coquus est et magister officiorum ideoque et sorbitionem movet et leges.

Ep. ad Ser. 1 *lumina*] hunc locum ita interpretor: »numina taedae nuptialis (hoc enim est *primae taedae*) [1]) sociabant Orphea cum Eurydice«, qui usus verbi *sociare*, in quo poeta sane audacius omisit dativum, profectus mihi videtur a locis his fere: Verg. Aen. IV 16 *ne cui me vellem sociare.* ib. X 594 *thalamo sociatus.* Ovid. Ibis 15 *sociata mihi foedere lecti.* itaque numina taedae primae vel Amor vel Iuno pronuba vel Hymen sunt, quo non contentus scriba intulit quod vile est *lumina taedae.* ceterum conferatur Laus Ser. 188 *alio tibi numine taedas accendit romana salus.*

Crystall. I 4 *mistis*] egregie traditur *vivis gemma tumescit aquis.* cod. P *mitis* pro *vivis*; tali scriptura seductus esse videtur X, ut *mistis* inferret, quod certe minus placeret, etiamsi melius traditum esset. ceterum Jeepius erravit *mixtis* ad Scaligerum referens.

ib. V 8 *Et lapis est merito quod fluit estque silex*] hoc *estque silex* sensu cassum est, sed agnoscendum, quod librarius locum difficillimum emendare temptavit.

Quadr. 6 *iacit*] prave; verbis opus non est.

De Polyc. 3 *puerum*] *sanguinis affectum* quod in versu altero praebent plerique, tantopere displicet, ut sequar Jeepii coniecturam *et fetum* legentis, cum in E extet *effetum.* nimirum *fetus* hoc loco pro puer vel filius dicitur, itaque repetitionem similis vocabuli in versu tertio ab sublimiore poetae sermone abhorrere puto. intulit autem X illud *puerum* propterea, quod in versu altero legit *affectum.*

Ep. Pall. 2 traditur:

Forte Venus blando quaesitum frigore somnos
Vitibus intecti gremio successerat antri,

ubi ex *successerat* pendet supinum *quaesitum*, sicut etiam audacius Vergilius scripsit IX 240 sq.

Si fortuna permittitis uti,
Quaesitum Aenean et moenia Palantea.

---

1) cf. praeterea Statii Theb III 282

perraram esse hanc structuram librarius X sensisse videtur pro ***successerat*** inculcans ***susceperat.***

ib. 5 ***undatim***] de hoc loco per litteras mihi exposuit Birtius quaeque mihi communicavit in publicum dare benigne concessit. haec eius verba sunt:

»Interroganti tibi de epithal. Pall. 5 obscuratissima lectione quid statuam, per litteras tibi responsum dedi. Agitur de Venere quae in antrum successerit; ibi

crispatur opaca
Pampinus et vitem sudantem ventilat uvis.

Sic quidem codicum interpolatorum caterva, non ita male; suspicionem tamen movet ***uvis*** quod ad ***sudantem*** non bene referas, infelicius etiam ad ***ventilat.*** Augetur suspicio testes sinceros inspicienti, inter quos sane non pono X tuum ex quo attulisse Claverius p. 236 videtur haec:

et mites undatim ventilat uvas;

undatim enim vocabulum licet non spreverit Plinii maioris oratio putida et inaequabilis et Ammianus in historiis licetque Prudentius in S. Romani hymno 857 idem suo stilo concesserit miscenti varia genera dicendi, tamen neque Augusteorum poetarum cuiquam imputare audebimus neque Augusteorum assectatoribus qui verborum ex illis copiam recipiebant et expoliebant, non adaugebant tamen nisi summa adhibita cautione; inter quos ipso Claudiano vix quemquam cautiorem fuisse novisti; verborum enim ut notiones deflexit ita formas retinuit. aliter etiam illo quod est ***partitim*** inquinare purum eius sermonem liceret; id nempe libri quidam in laud. Stil. I 30 tradidere. prave igitur lexica ***undatim*** ex nostro loco citare pergunt tuque quod codicis Cuiaciani auctoritatem tandem frangis bene est; fallax nempe scriba alia multa adulterans et haec adulteravit. Epithalamii autem loco ne id quidem sufficit quod excerpta Florentina et Gyraldina tradidere:

et mites sudanti ventilat uvas.

Sudet enim Mars in proelio, Vulcanus in officina; laudabo; Venus sudans in umbris turpis est adeo ut risum moveat. sudare si recte traditur de vite dictum sit necesse est; cf. Verg. ecl. 8, 53: ***pinguia corticibus sudent electra myricis,*** Georg. II 118: ***sudantia ligno balsama,*** magis etiam Sil. Ital. VII 191: ***odoratis humor sudavit ab uvis.*** ita autem codex V qui veri saepe vestigia solus servavit:

et multos sudantem ventilat;

ultimam vocem omisit m. 1, ***aura*** m. rec., cui nulla fides debetur, suffecit. codex vero P(arisinus) codici V ita cognatus ut haud raro ex eo de V coniecturam facere liceat, haec habet non sine proprio errore:

Pampinus et musto vitte sudante ventilat uva.

Heptameter enim hic est pro hexametro. supra *a* ultimam virgula librata erasa; fuerat itaque *uvam;* ex *musto* m. 2 *multa* correxisse videtur. iam vero hexametrum restituturus *vittē*, quod ex interpolatis codd. in versum inrepserit, facile mecum delebis; *musto* illud autem videlicet cum lectione *multos* in V correspondet; ergo *multos* ex *musto* ortum esse veri simillimum dico atque hanc tandem ex VP scripturam si dis placet Claudianeam eruo tibique commendo:

et musto sudantem ventilat uvam.

Nam quia mustum ipse sucus est uvarum expressus et quasi exsudatus ex quo vinum novum fiebat, non rectius vino quam ipso musto sudare uva dicitur. item quandoquidem et aestus notio sudori inhaeret et musti id maxime proprium habitum est quod fervet, poeta mustum aptissime pro eo induxit quo uva sudet. idem ablativum *musto* ad *sudans* prorsus ita adstruxit velut Iuvenalis 4, 108 Crispinum dixit *sudantem amomo*«.

Manl. Theod. pf. 7 *lumina*] interpolationem hanc esse puto variandi studio ortam.

Stil. III 97 *Ammonis domitae gentes*] pro *admonuit dominae gentes.* liber A et V m. rec. *ammonuit,* inde monstrum illud lectionis *Ammonis.*

Laus Ser. 25 *Penelope decus ausa suum*] difficillimus est hic locus; nam quod praebent plerique *Penelope decus atquo uni cui tanta paratur*, non video, quo sensu accipiam propter *cui* quod abundat. exspectandus enim est hic sensus: Homerus cum de Circe et Calypso fabulas sereret, tamen totam Odysseam Penelopen praedicandi causa composuit. elegantissima igitur videtur lectio codicis V, in quo ita se habet hic versus:

Penelopae decus est atque uni tanta paratur
Scena pudiciae.

est enim pro *sunt* positum est iure sermonis poetici. peiores autem libri ita habent: *Penelope decus atque suum cui tanta paratur.* hac ex lectione facile coniectura librarii X fluxisse videtur stultissima. ut enim ad *Cyclops* participium adiectum est *fraudatus* et *contempta* ad *Calypso*, ita ille participium ad nominativum *Penelope* desiderans proprio Marte illud *ausa* ausus est.

In Curetium I 9 sqq.

Namque avide lambit meretricis labra superbae
Consumens luxu flagitiisque domum
Et quas fallacis collegit lingua parentis
Has eadem nati lingua refundit opes.

X habuit *ut quas*, quod nihil valet, nisi statuas X in versu sequenti legisse *refundat;* id facile neglegere poterat Claverius. sed etiamsi ita statuimus, tamen quin falsa lectio sit nemo dubitabit.

Eutr. II 255 *liciis*] ubi *Lydis* Jeepius; *lybicis* vel *libicis* ω; Libyae autem mentio quam bene ad fabulam quadret quam ibi perstringit Claudianus satis expositum est a Gesnero.

Quodsi tot haec falsarii vestigia respicio, haud scio an magna tibi moveatur suspicio de reliquarum quae mihi tractandae sunt lectionum fide, quamquam meliores esse videantur.

Non malas fortasse has lectiones iudicabis:

Eutr. I 20 *divum*] hic locus ita in reliquis traditur: *Quo diras ingulo placabimus aras.* iniuria in his Paulum offendit, quod arae dirae vocatae sunt. quippe significant aras dira portendentes vel iratas sicut Verg. Aen. VIII 349 *relligio dira loci,* Cicero de div. II 15 *exta sine capite quibus nihil videtur esse dirius,* et eam interpretationem veram esse evincit Lucanus cum dicit III 404: *structae diris altaribus arae.* idem quod Paulo, displicuit etiam librario X, quare ‚divum' aras intulit. sed dubito, num genetivus *divum* pro *divorum* Claudiani consuetudini conveniat, qui cum genitivum *superum* saepius poneret Ruf. II 498, III cons. 65, Rapt. III 200, numquam *superorum,* contra formam *divorum* praetulit Bell. Gild. 215.

Bell. Poll. 586 *incisa*] optimi libri habent *rescissa*; peiores *recisa,* quod contra artem metricam peccat. ea de causa fortasse *incisa*, quod ad rem aptum est, scripsit X. sed certe *rescissa* quamquam non sine violentia dictum est (nam facies rescinditur, quo modo autem gloria?) tamen magis poeticum videtur et propterea Claudiano meo quidem iudicio attribuendum.

Laus Ser. 193 *culmine*] de loco adeo desperato verba non facio. *germine* tradunt ω.

Ruf. I 329 *bimembres*] *biformes* ω. tolerari potest utrumque. itaque quia alterutrum interpolatum sit necesse est, culpam tribuo nostro X.

Eutr. II 341 *aurigarum*, in mg. *aurigandi*] igitur hic etiam X cum ω consentit, neque nisi glossator variam lectionem in margine dederat, nimirum allectus eo quod antecedit *saltandi.*

Bell. Poll. 218 *Sardoos*] *Sardonios* ω. utrumque adiectivum exemplis poetarum defenditur, nam *Sardonios* Vergilius, *Sardoos* Ovidius scripsit. itaque etiam hic, cum alterutrum interpolatum esse debet, interpolasse dico X.

ib. 583 *Alanae gentis praelatus*] *praeclarus* ω. neutrum defendere audeo; utrumque enim contra usum loquendi videtur. fortasse tamen *praeclarus* ex analogia scriptum est *clarissimorum* et *illustrium*, qui sunt tituli magistratuum imperialium.

Nupt. pf. 7. *At Satyri — notant*] *Centauri Faunique negant* ω. fortasse elegans particula *at*; tamen Centaurorum nomen desiderari non posse eo evin-

citur, quia in sequenti versu Pholi Rhoetique mentio fit, qui sunt Centauri. porro *notant* non habet quo commendetur; ‚negant' enim Fauni id quod superi ‚noverant' vel dicebant, vota Terpsichores esse ‚congrua modis teneris'.

Etiam meliores videri poterunt hae lectiones:

Eutr. I 23 ubi ω *sic omnia nobis, hoc regni, Fortuna, tenes? X volvis* pro *nobis* praeclare ut videtur; nam et verbum finitum desideratur et *volvere* ad Fortunam aptissimum est. sed quaeritur tamen, num *nobis* defendi possit; nam optimis manuscriptis et ipso E firmatur. et potest sane ita defendi, ut *nobis* quasi ethicus quem dicunt dativus ad *tenes* trahatur eo sensu, ut *nostra tenes* intellegatur. atque non dissimilem locum inveni apud Apuleium Met. III c. 15, ubi haec leguntur: *nam me quae sola mortalium novi, vis amoris, quo tibi teneor, indicare compellit.* itaque num X verum tradiderit, dubito.

Ruf. I 154, ubi Megaera haec de se:

Saepius horrendos manes sacrisque litavi
Nocturnis Hecaten et condita funera traxi
Carminibus victura meis.

litavi plerique inter quos V; E *levavi* quod absurdum est; noster *citavi* ad sensum accommodate et ut arridere possit. *citare* enim pro evocare dici notum est. sed etiam *litavi* sensum aptum quamvis ad aliud spectantem praebet; neque enim est evocare, sed placare. cf. Servius ad Verg. IV 50: *‚Diis litatis' debuit dicere; non enim sacra sed deos litamus id est placamus. ergo nove dixit.* cf. etiam Ovidium in Met. XIV 156 *sacrisque ex more litatis.* itaque dixerit quispiam ei, qui *citavi* intulit, Hecaten placatam non suffecisse; *citare* enim sane fortius est. ceterum quod Manibus litari Claudianus dicit, etiam Statius Manes cum litando coniunxit Silv. III 3, 213 *sacra litabit Manibus.*

Eutr. I 478 ubi X cum ε *fastus*, et E et ω *fastos*. tamen *fastus* non est contemnendum; nam E, cuius in orthographicis satis magna est auctoritas, eandem formam servavit in IV. cons. v. 155 et Ep. ad Prob. v. 15. incerta lectio est, quamquam placuit Heinsio l. l.

Gild. 418 sq. ω: Herculeam suus Alcides Ioviamque cohortem
Rex duxit superum.

Herculiam X; non falsa orthographia; fuit enim legio, cui Maximianus Herculius cognomen Herculiae dederat, qua de re cf. Böcking in Notitia dignitatum I p. 189 sqq.: sed ab Hercule nullus poeta adiectivum formavit nisi *Herculeus;* hoc ipso autem loco Herculis esse legionem plane indicare Claudianus voluit. itaque illa orthographia *Herculiam* docto historico debetur.

Phoen. 95. omnibus fere editoribus praeter Casp. Barthium p. 997 placuit

myrrhata relucent
Limina, divino spumant altaria fumo.

myrrhata solus X; ceterum pro *limina* nonnulli inter quos Veronensis *lumina*. et concedo quidem quia sequentia de odore dicta sunt, valde adblandiri illud *myrrhata*. si tamen accuratius perpendis, haud scio, an Barthio assentiaris. nam primum priscae latinitatis propria est vox *murratus* teste Festo pg. 159, 22; deinde in usum vulgarem transiit teste Vulgata (Marcus 15, 23). contra nullus bonus poeta et ne Plautus quidem hoc vocabulo uti ausus est. praeterea animadvertas *murratum* ubicumque occurrit non praedicari nisi de vino aut potione cf. Fest. l. l., ib. 144, 9 et locum Vulgatae. itaque nostro loco, sive *limina* legis sive *lumina*, ad neutrum illud *murrata* bene adponitur. denique *mirata* in ω non habet, quo offendat. nam Phoenicis mirificam mortem iure mirantur lumina vel limina.

De Salv. 16 sqq.:

Quin et supplicii nomen nexusque subisti,
Ut nos eriperes leto mortemque fugasti
Morte tua.

egregie *supplicii* codices meliores; nam *supplicium* letum designat et acutissima oppositione dixit poeta Christum letum subiisse, ut nos leto eriperemur. contra *mancipii*, quod habet X, primo obtutu sane imponere potest ei, qui recordetur coniungi solere mancipium et nexus. tamen acumen illud, quod indicavi, eo prorsus deletur; nam per solam *δούλου μορφήν* salvator homines non eripuit leto. itaque doctissimam interpolationem agnosco.

Descr. arm. 12 de Minotauro, qui cum armento comparatur, dicitur:

Cres puer haud talem potuisset reddere formam
Portassent totam si fera membra patrem.

ita ω; *praestarent* X. et hoc quidem, quia facilius est, multis ni fallor placebit; verius fortasse illud est, quod difficilius. *portassent* autem etiam eo commendatur, quia *potuisset* certe desiderat plusquamperfectum. itaque existimaverim *portare* verbum hoc loco novo sensu usurpatum esse, fere eo scilicet, quo nos dicimus Die Züge tragen. Ad quam audaciam Claudianus fortasse eo invitatus est, quia et in triumphis imagines urbium et in funeribus imagines mortuorum ‚portabantur'. praeterea ex Plauti sermone affero locutionem ‚ferre imaginem'; cf. Lorenzius ad Plauti Mil. glor. 150. denique etiam hoc loco nostro X diffido.

His absolutis post tot tantasque dubitationes duae tantummodum certae firmaeque lectiones supersunt, quas X suppeditat; primum in bello Poll. 610

nomen proprium *Valentis*, ubi *ω valentes*, quod absonum est; deinde in carmine De salvatore v. 19 *tellure*, ubi *ω te luce* quod sensu caret. vix credo quemquam his duabus lectionibus adduci posse, ut nimiam auctoritatem nosto X tribuat. atque superstitio, si qua fuerit in hoc codice iudicando, iam fracta mihi videtur esse. nam si tot locos supra tractatos percenses, de quibus valde dubitavimus, sique nonnullas saltem earum dubitationum probasti, si addis locos antea praemissos, ubi certae comparuerunt interpolationes, statuendum erit interpolatorem simul doctissimum simul audacissimum in X scribendo grassatum esse.

Quodsi concedis, etiam illud *Valentis* et *tellure* eiusdem hominis docti coniecturae deberi possunt. omnes autem, quas vidimus, coniecturae aut interpolationes codicis X non antiquioris aevi ni fallor speciem prae se ferunt, sed quasi scriptus sit renascentibus litteris et reviviscente doctrina. itaque Claverius fortasse bonitate lectionum in eum errorem pellectus est, ut codicem X codice M vetustiorem esse putaret.

Sed unam lectionem seposui, de qua fortasse incertus sis, quid iudices. Laud. Ser. 87 codex V cum E et aliis sic scripsit:

‚Ubera prima dabant gremiis redolentibus aurae' aperte falso, nam *aurae* pro deabus haberi non poterant. itaque gratissimum videtur esse quod aurarum loco X praebet *Horae.* nam aut Nymphae aut Horae esse debebant, quae Serenam nutrirent. itaque *Horae* sive bene traditum esse dices sive bonam coniecturam et fortasse iure acquieverunt in eo viri docti. tamen non praetermittendum est in P M, qui codici V satis affines sunt, ita potius legi *gremio redolentibus aulam.* in qua scriptura quia *gremio* et *redolentibus* numero discrepant, potius *redolente* exspectaveras. iam vero codex A qui sane recentis aetatis est, sed nonnullas exquisitas lectiones servavit ita tradit: *gremio redolente napes* (sic!). elegantissime Heinsius intellexit olim scriptum fuisse *napeae;* hoc enim nomen verum et poeticum Nympharum est. iam vero A quia truncum verbi tradit, qui ne versum quidem explet, certe hanc lectionem non ipse invenit sive interpolavit. hinc sequitur ut in vetustiore codice iam extitisse dicamus *gremio redolente Napeae.* itaque cum optio detur inter X et inter codicis A archetypum, hunc sequi malim, quippe cuius lectio exquisitior esse videatur cumque facile accidere potuerit, ut X, si ante oculos habuit *gremiis redolentibus aurae*, illud *Horae* per coniecturam reficeret.

Habes igitur hic, quae de altero Claverii codice conferre potui.

Atque iam ad calcem curriculi nostri pervenimus. duae autem res sunt, quas non sine approbatione doctorum virorum praestitisse speraverim. primum enim quid infuerit in codice optimo Claveriano, quam accuratissime

definire conatus sum. tum autem quid ad recuperandum sincerum textum Claudianeum ille valuerit, diiudicavi, eo quidem deveniens, ut omnem paene auctoritatem ei detrahere deberem. neque primus ita diiudicavi. Nicolaus enim Heinsius, optimus ille Claudiani sospitator, ad Laudem Herculis, quo in carmine Claverius multas novas lectiones ex suo codice tacite se expressisse fatetur, haec adnotavit: ***sed quem ille*** (Claverius) ***vetustum codicem in carmine hoc castigando aduocat, frequenter metuo, ne Cuiacianas coniecturas pro membranis nobis obtrudat.*** Simile iudicium Heinsius tulit etiam adnotans ad Eutr. II 254, Stil. III 358, Laus Seren. 25, Rapt. 30, Claverium Cuiacii coniecturam pro codicis scriptura protulisse arguens [1]).

1) cf. Burmanni praef p. VII.

Addenda:

p. 4 lin. 1 exciderunt post ‚non potui' haec: ‚licet speciosior sit in altero codice Implexa et Frontem, non Impexos crines'.

p. 9 sqq. de manuum varietate in marginalibus Cuiacianis observationem iam fecit Jeepius Mus. Rhen. XXX p. 7 (cf. eiusdem ed. Rapt. Pros. praef. p. XVI sqq.).

p. 59. cum illo ‚nobis' in Eutr. I 23 cf. etiam Livius XXII 60, 15: »haec vobis istorum per biduum militia fuit«.

VITA.

Natus sum Julius Koch Kottbusii anno MDCCCLXVI mensis Augusti die XII. a patre Hermanno, philosophiae doctore gymnasiique magistro ordinis superioris, et a matre Anna e gente Wendler; quos ambo optima frui valetudine maxime gaudeo. fidei addictus sum evangelicae. examine maturitatis in gymnasio vernaculo superato vere anni LXXXV almam matrem adii Philippinam, ut litteris philologis me dederem, atque imprimis studio historiae et geographiae incumbere coepi. post tria semestria Berolinum me contuli, ubi iisdem studiis inserviens per annum moratus sum. tum Marpurgum reversus allectusque doctrina atque liberalitate Theodori Birt v. c. magis magisque philologiae quae dicitur classicae operam navabam et per hos postremos sex menses seminarii philologi exercitationibus interfui directoribus Birtio et Schmidtio sodalisque factus sum ordinarius.

lectiones doctissimorum virorum audivi horum:

de Below, Bergmann, Birt, Fischer, Friedensburg, Kirchhoff, Koch, Koser, Lenz, Niese, Paasche, de Richthofen, Rodenberg, Rödiger, Schmidt, Schroeder, de Treitschke, Varrentrapp, Zeller.

praeterea seminariis interfui his: historico rectoribus Lenzio, Kosero, Varrentrappio, Niesio; geographico auspiciis Fischeri.

quibus viris omnibus optime de me meritis imprimis Fischero, Lenzio gratias habeo quam maximas semperque habebo.